Fragmenta veli in margine pilei appendiculata non semper tarn regularia et CDiispicua ac in icone, interdum annulus distinctus ut in *A. subcavo* Fl. Dan. t. 1843. Hanc figuram sine hsesitatione ad A. medullatuin ducerem, nisi Iaraella5 adnat'JB, subdecurrentes, an errore pictoris?

Ab *A. illinito* concolori mox distinguitur stipitis sicci indole, velo'distincto; a praeCedentibus colore.

Tab. 16. fig. sup. typinnm specici tunnani sistit.

## XXVI. AGARICUS ILLINITUS.

*Fr. Obs. Myc. II. p. 8. Syst. Alyc. I p. 23* cum syn. *Monogr. Hymen. I. p. 32. Hoffm. Icon, analyt. Fung.* t. 13. f. 2. var. alutaccn, A^aricus. *Linn. Fl. Suec. n. 1108* sine nomine, tit. descr. Dptima.

*Diagn.* Lepiota alba, pileo subcarnDSD, molli, ex ovato oampanulatD expansoque, subumbonatD stipiteque e farcto tistuloso, tenui, ruquali *glutinosis,* annulo obsoleto, lamellis liberis, confertis, denium remotis.

"^In silvis campisque graminosis per omnem SUeciam a Smolandia in Lapponiam usque, JDve pluvio, exeunte autumn o, hand TUTUS. Apud exteros in Germania tantum lectus a Del. HOFFMANN.

Species nobilis, peculiaris typi. Totus fungus adolescent velo univsrsali glutinoso collinitus, quod pileo expanso annulum incompletum viscosum in stipite reliquit; velum proprium partiale desideratur. — Stipes junior farctus, mbx cavus, *2*—^3 unc. longus, 2—3 lin. crassus, aequalis, fragilis, nullo mo do flD*ccosus 1. squamosus, sed glutinosus, lubricus, lit supra annulum siccus. Pileus leviter carnnsus, 1A—3 unc. latus, glaber, viscosus, inollis, deinum fragilis, umbbne fusci-scente, margins striatulus. Lamella liberae, demum a stipite remota?, confertse, molles, saepe venoso-connexae. Totus fungus vulgo candidus, sed Dccurrit varietas pileo argillaceo s. alutaceo, margins laevi, fimbriato.

Ut reliquis partibus valde insignis etiam structure ur glutinis fabrica maxime singularis, ut amicus HOFFMANN 1. c. plene exposuit.

Adhuc restat valde nobilis species annulD viscosD-tumido, licet stipes siccus, solidus, pileus carnosus e. s. p. a prDec^-dentibus longe distans = *A. pinguis* Fr. Epicr. p. 33. Hie ad ligna putrida nascitur. Hujus nobis deesse figurain dolemus.

Tub. 15. *fig. 2.* vnrietatem primariam canilidam exhibet.

## AKMILLAKIA.

H.DC subgenus artificiale colligit species a Tricholomatibus et Clitocybis ob velum partinle annulatum (in *A. aurantio* obsDletum) remotas. A Lepiotis differunt stipite in carrinn pilei dittuso et veli universalis defectu.

## XXVII. AGARICUS CONSTKICTUS.

*Fr. 6'ysi. J/yv. I. p. 28. Epicr. p. 22. Monogr. p. 41. Berk. Brit. Outl. p. 06.*

*Diagn.* Armillaria alba, pileo carnoso, piano obtusD, sicco, inicore sericeo-nitente, stipite solido oequali, annulD apieali angusto deciduo, lamellis einarginatis confertis.

In campis apricis graminosis (pntcipue locis, ubi gramen -.ib'urina cquina adust-uin) primo in Scania frequentetn legiinus, dein sporadicuin per plures provincias usque ad Upsa-Ham. In Anglia legit BERKELEY.

" Totu^ fungus albus; cxoletus pallens, liumilis, sediirrnus, odore farinas recentis. Stipes solidus, carnoso-fibrosus, 2 unc. longus 1. infra, 4 lin. circiter crassus, aiqnalis L basi incras-^atus, fibrillosus 1. squamulDsus. Annulus prope apicem stipitis insertus, angustus, demum obliquus 1. deciduus. Pileus earnosus, e convexo planus, 2 unc. latus, obtusus, siccus, per se glaber, sed in statu juniore obductus velo tenui sericello secedente, at numquam squamato-laceratus. Margo fungi junioris quoque villosus, invblutus. Caro hand crassn, sed cDrnpacta, quo a Lcpiotis recedit. Lainclki? sinuat.r (emarginuta} 1. rotundat^.), nunc adnex^i?, mine Dmnino libers, adinoduin confertae et angustaB.

Pertinet nobilis haec species ad Armillarias Tricholomoideas et *A. ramentaceo* BULL, proxime affinis, at colore et pileo numquam squamoso facillime distinctus. Magis recedit *A. cingulatus,* cujus icon em dedimus in LINN. 183D. t. 10. Externa facie ad *Ag. lejocephalum* KRDMBII. t. B2 (non Bull.) proxime accedit, qui vero annuli defectu, stipite. cavD cartilagineo etc. distinctus. — *Batt. t. 7 f. B,* cum A. constricto bene convmit, sed ad speciem absolute determinandam haud sufficit.

Tab. 18. fig., super, varias speciei formas sistit.

## XXVIII. AGARICUS LAQUEATUS.

*Fr. Epicr. p. 24. Monorjr. p. 45.*
*Ag.* mucylus, GpigiMis. *Secret, n. 38. Bait. t. 10. V.*

*Diacjn.* Annillaria alba, pileo carnoso, hemisphaerico, ubtuso, la?vi, udo viscidulo, stipite salidD infra annnlum (cortinamVe) squainDso-fibrillo.se), lamellis adfixis, demum se-fiMlentibus confertis caindidis.

HECC species proprie est Europa? australis, at sequens fung"us v*x diftert, excepto velD cortinato, quare varietatem L'ensemus. In Bahusia S. LINDGREN, ipse in Scania scmel legi.

Totus fungus albus. Stipes solidus, 2—3 unc. longus, 3—4 lin- crassus, ffiqualis 1. basi subincrassatus, infra velum typiee annulatum, sed in nostro vulgo cortinatum, squamulosus 1. fibrillosus, basi fuscescens. Pileus carnosus, tenuis, hemisphaericus (explanatuin non vidimus) obtusissimus, laevis, glaber, udus viscidulus, siccus nitens, 2 unc. latus, albus L discD lutescens, niargine primo inflexo, duin deflexo laevi. Caro alba, firmula. Lamella? primo obtuse adnata3, demum vero secedentes, haud admoclnm ponfertiB, 2—3 lin. lativ margin em versus attcnuatsc.

Affinitas hujus speeiei haud liquet; tuni u Tricholomi>ideis quain Clitocyboidcis longe distat. Juxta *Ag. mucidum* hinc collDcavi, net tanien huic rite affinis. *Ag.' mucid-v* sporis amplis, lamellis mucosis. aliisque notis nb omnibu tantum differt, ut simicus KALKBRENNER haud immerito *pv°* novD generis typo censeat.

**Tab. "18. figg. inf. formain lortinatam cxliibet.**

## XXIX. AGAEICUS 1MPERIALIS.

*Fries in Lund. Holm. p. 5. Monogr. Hym. -p. 42.*

*Diagn.* Armillaria ampla, compacta, pileo valilc carnoso, e convexo explanato, squamoso, subbrunneo, stipite solidD crasso aequali,. annulo infero duplicato, lamellis longe decurrentibus, confertis, angustis, ex albo lutescentibus.

In pinetis rupestribus; primus iii silva Rådaås Vcstrogutiae legit S. LTNDGREN, cujus iconem hoc loco exhibemus. Dein cum dsf. *Lund* prope Holmiam legi formam non nihil recedentem et hanc in Monogr. Hym. descripsimus.

Fungus nobilissimus, giganteus, valde durus et compactus, inodorus, sapore grato. Stipes solidus, intus similaris, 1-5 unc. longus, 1—2 unc. crassus, aequalis 1. basi attenuatus, usque ad medium a velo vestitus, pileo dilutior. Annulus medius, *duplicatus,* patulus, persistens; exterior videtur velum universale. Pileus crasse carnosus, e convexD explanatus, obtusus, 4— li unc latus, srepe repandus,' sic BUS, fusLibrunneus 1. rufescens, squainis adspersus. Lamella? lohge r\ sequaliter decurrentes in conum obversum (minus in Vestrugotico), confertse, pro rationB angustae, alba? deinuiaflaventes-

In forma Vestrogotica stipes infra annulnm lams lutescens, pileus disco squainosus; in Holmiensi stipes Iiifi annulum squainosus, pileus squamis adpressis obscurioribu^. floccosis versus marginsm la^vein fibrillosum maculatus.

AfRnitate naturali ad *A. robustum* et *A. colossum* proxiu accedit, sed ab utroque differt lamellis decurrentibus, annulo duplicato. • Agaricus colossus velo prorsus destitutus.

**Tab. 17. liLiiguin VeaLti'Dgoticum sistit.**

## XXX. AGARICUS LASCHII.

*Fr. Epicr. p. 22. Mono jr. Hymen, p. 43.*

*Diar/n.* Armillaria pilco camDSD, c convexo piano te— pressove, laivi glabro, stipite valido curto fibrilloso-striaito, annulo contexto,. lamellis decurrentibus angustis albis.

In pinetis Markiaj detexit def. LASCH; nos in silva ad Alsike props Upsaliam legiinus.

Stipes solidus, curtus, firmus, *2* iim\ i»t parum ultra longus, basi unciam usque crassus, fere glaber, annulo infer D parum prominent^ medio cinctus, came subspongiosa. Pilens carnosus; primo convexus, obtusus, margine involuto; dein explanatus vel depressus, 3—4 unc. latus, siccus, lacvis, glaber, sordide argillacED-pallBScens, margine tenui et leevi persistentc- Daro subcompacta, alba, cum stipite omninD contigua. Lamella) utrinque attenuatse et acuminate, vere et longe decurrentes, confertsc, angusto, albo-pallescentes, nudae, net- A. mellei instar albo-farinosce.

Demto annulo htcc species ad Clitocybas pertineret medium ten ens locum inter *A. nebular em* et *geotropedem.* In individuis pileD depresso pi-leus saepe gibbus ut in A, geptropede. Eodein modo *A. melleus* ad *A. ectypum* accedit.

Dicavi hanc speciem insignem def. LASCH, diligentissimo ct acuti^.siino HymenornycRtunn inrln.nf.itnri, nui Ipluros rlebemus novas species et numcTDsas l^loru) Gerinanitu; novitias, "fideliter determinatas.

Species edulis videtur, at tain rara et parciT obvia, ut nulla commendations digna.

Tub. 19. figgr. sup[;r. fuiii^uin magn. nut. ntitft rmilns pnnit.

## XXXI. A&ARICUS PLEURDTOIDES.

*Fr. Monogr. Hymen. II. p. 206.*

*Difujn.* Armillaria pileo carno.SD, e convexo piano, innjqiuili, glabro; stipite soli do, deursum attenuato, subexcentrico, annnlo infero an gust D patulo, laincllis subdeeurrentibus fconfortia albis.

Ad truncos Pyri Mali Ostrogotia;, in societate Agar. Pometi, detexit saepe laudatus H. VON POST.

Species nobilissima, cum nulla alia cDmpjiranda. Ob fstipitem saepB excentricum SGLJUO jure ad Pluurotos referatur. Gregarius, vix ctespitosus. Stipes solidus, *11*—2 unc. longus, 4—5 liri- crassus, deorsum attenuatus, laevia (numquam stjnamosus vel reticulatus), albidus, in colorein incarnatum obsoletB vergens. Annulus inferus, paulo infra lamellas abruptus, patulus, irrngulariter dentatus. Pileus carnosus, mine centralis, mine valde excentricus, e convexo planus, inaequalis, obsolete gibbus, sed• variat etiam depressus, laevis, glaber, li—2i unc. latus, siccus, incarnato-albidus, pallescens. Caro alba, cum stipite contigua. Lainelltc adnatoe, subdecurrentes, CDnfertae, haud ventricosa3, albidae.

Ambigit haec species inter Armillarias et Pleurotos, siil a Pleurotis annulatis longe distat, potius comparetur cum *Ag. lignatili.* Eodem modo supra videre licet species exceptb annulo cum TricholDinatibus et Dlitocybis proxime affines. E contrario ornncs Lepiotoe annulate intirne inter se .conjunctoe et a reliquis distinctissimse.

Ob carnein lentam nee hunc nee *A. vidteum* edulcs censeo. Hie lentus, pertenuis, sap ore acerbo, qunrn mirum fungis Qsculentis adnumerari.

Tab. *Id.* figg. infErior. varius *A. Plmvotoidis* sistmit fovmns.

## XXXII. AGARICUS DENIGKATUS.

*Fries Vet. Ah. Förk. 1861. Monogr. Ihjmm. II. p. 285.*

*Diagn.* Arinillaria pileo carnosD, e convcxo piano, udo viscidulD, verrucis innatis guttato-punctato, margins lccvi; stipite SDlido, fibres o-striato,. fuse op alii do, annulo apicali, sececlente, lamellis decurrentibus, subdistantibus, pallide bruimeis.

In humo upibrDsa ad basin truncorum Horti botanici Upsaliensis per plures annos legi.

Gregarius, obscurus. Stipes solidus, firmus, 2 unc. longus et infra, mine sequalis, \ unc. crassus, nunc basi napiforini-incrassatus (h. e. inferne tumidus, basi vero attenuata), fibres o-striatus, fusees centi-pallidus, intus sordidus et basin versus fuscus. Annulus prope apicem affixus, angustus, integer, at facile sccedens, albidus. Pilous carnosus, haud coinpactus nee flaccidus, e convcxo planus, obtiLSus, uiius viseidulus, verrucis elevatis guttato-punctatus nee fibrillosus, 1—2 unc. et ultra latus, brunneofuscus, margine semper ltcvi. Lamelltc decurrentes, leviter distantes, ahgustji*, primitus pallide brunneac, dein obsDiiriurDS, vix farinose.

Affinitate naturali *A. melleo* proximus, at pluriinis nutis cgregie distinctus. Ad truncos arborum siinul vidi forinani cccspitD&am tenuiorein, [{uari[1] hue referendum eenseo *A. denigratum* PERS., speciem dubiam, nemini cognitam- Fungi terrestres enim in truncis nati vulgo cajspitosi et tenuiorig-

in fungi typiei societate ridieulum legimus spectaculinn- In variis Agaricis, Russulis etc. in pagina superiori VILILM r licet pileum resupinatmn, innatosessilem, lamellis in centra concurrentibus; at in simili hujus lusu e eentro enasciiiu[1] stipes verticalis, primario antipodus, annuloque lam ell as tcgente instructus.

Tnli. 2i) siatit typieam fm-iniin; ii^. iu^nn.v^ HIUIIM.U.^I.II, .,niiiiuu;!,.,

## TRICHDLOMA.

Dignoscitur hoc subgenus pileo carnoso, stipite exannulato carnoso 1. fibroso, lainellis postiee sinuatis (rotundatis 1. emarginatis). Species inimfcrosaB, nobilissimæ.

## XXXIII. A&AJilUUS COLOSSUS.

AV. *Kpirr. />.* -M'. *Muiuv/r. ITymen* p. 47.*

*Diagn.* Maximus, durissimus, pileD. compaeto, crassissimo, hemisphrerico-expanso, glabro, ilcmum diffracto-sL|iiainDSD, inargine ex arete involuto infraetoque nudo; stipite solidissimo, primo tuberoso apice constricto glabro infurnb earne[j[ue testaceis; lamellis rotundatis confertis tenuibus albis, dein latissimis pallide lateritiis.

Portentum mirabile inter folia Pini silvestris dense coalitrva-ta (1829 — 1834) unieo IOCD legiinus ad Femsji) Smokndia)- Haud procul ab eodem 1861 legit Fil. HUBERT et pingi jussit-

Maximus et durissirnus inter omnes Agaricos hacteiins ilBtectos, uiini *Ay. robusto* et *imperiali* tantnm cDinparandus-, utroijuc longe speeiusior. Stipes solidus, came ubiiiue similari et maxiinc compacta, 3—4 unc. longus, basisquB ovato-bulbosa, ixi^ue crassa, apiec vero valdc constrictus, 2 uni:. tiintum crassus, definite bicolor: pars bulbosa per se glabra, sed fibroso-lacera, testaceo-fulya; pars cpiistricta et primitus pileo arete involuto inclusa^ floccosa, Candida; primitus nut em sistit tuber cliff Di'ine, 8—4 unc. la turn rlepressum, pileum oblique gerens. A^elum nullum, nisi flocco> in apice stipitis pro veli rudimento surnere velis. Pilous junior quoquc tuberifDrinis^ Corhinariorum Scanr-oruin m»n[1] bulbo applicatus, e terra emergens glebis et foliis obtectu.-. margin e arctissiine infracto-involuto, stipitis part em constrirtarn amplectente; ilein heinisphturicus, xuargine arete inflexo albido, lawis et glaber — demuinque evolutus, planD-CDnvexus depressusque, semper obtusissimus, repandus," spithameus v\ ultra; diffraetD-sqiiamosus, JDve udo circa marginem viscidiilus, testaceus. Caro sicca, fibrosa, 2 uric, usque crassa, fractu ubique in colorem incarnato-latcritium transit. Lamella rotundato-libBra, sed stipite pbliquo extrorsum emarginato-decurrentes, primo confertro, august^ alb*, rlein lat-iores, magis distantBs, integral, demuin vero \ unc. to, lu eera pallide lateritiae. Inodorus.

Tab. -/\. · I!. fmimum ininorcm sistimt.

## XXXIV. AGARICUS SEJUNCTUS. Sow.

*Fries Syst. I, p. 47. Epicr. p.-26'. Monogr. p. 52.*

*Diagn.* Tricholoma pileD carnoso, B convexo expanse, laevi, viscido (flavo), "fibrillis innatis fusco-nigricantibus virgato, stipite SDHJD, sursmn- attenuate, albo, apice subsquamuloso, lamellis emarginatis latis subdistantibus albis.

In silvis, praecipue pinetis, solo glareoso, haud frequens. Lectus in Suecia, Germania, Anglia. Specirnina depicta lecta ad Flottsund prope Upsaliam.

Fungus validus, speciosus, odore farina e rancidae. Stipes carnosus, solidus, ventricosus, dein elongatus, *3* unc. circiter longus, unciam vulgo crassus, laevis, glaber, candidus, apice subtiliter squamulosus. Pileus disco carnosus, margin em versus tenuis, e convexo explanatus, primD gibbus, at umbone evanescente, 3 unc. circiter latus, JDVB udo viscidus, flavus, fibrillis fusco-nigricantibus virgatus. Caro pro rations tenuis, alba 1. [unereo-maculata. Lamellae cmarginatae, junior es rDtundatae, latae, subdistantes, immutabiles.

Forma a Sowerby pi eta (t. 12 B) a meo tantum differt, ut novam iconem dare necesse duxerim. Persoon hanc iconem dubitans duxit ad suum *Agaricum Uucoxanthum;* qui cum nostro bene convenit. Quoad affinitatem naturalem hie non ad sequentes, sed *A.* fomimji'Schaeff. t. 69 accedit, at pileus viscidus, virgatus, nee in fibrillas 1. squamulas secedens.

Inter *A. sejunctum* et *A. equestrem* medium locum tenet maxime spectabilis *Ag. coryphaeus* Fr. Epicr. p. 2S, utroqiie vulgo major, torosior, carne tamen molliori. Ab utroque differt lamellis albis sed acie citrinis, pileo flavD squamulis 1. verrucis nigricantibus variegato. Nascitur hie in fagetis Sueciae meridionalis, quare pingere non licuit. *Krombh. t 68, /. 18—21* non fucata hujus staturam refert, sed fucatu *A. equestrem* praebet.

Tub. 23 sistit vurias A. sejuncti form as.

---

## XXXV. AOARIDUS PORTENTOSUS. FR.

*Fries Syst 1, p. 39. Epicr. p. 26. Monogr. p. 52.*

*Diagn,* Trieholoma pileo carnoso, e convexD explanato, inaequali, viscido (fuligineo), lineolis nigris virgatD, margine tenui, stipite solido, firmo, subaequali, glabro, striato, albo^ lamellis rotundatis perlatis, demum distantibus pallidis,

In pinetis Europae saltim borealis vulgata species, praecipue autumno seriori in societate Ag. equestrirs vigens.

Splitarius $l_v$ gregarius immo rarius amplos densos caespites formans, inodorus, sapors miti, quibus notis jam a praecedente longe distat. Stipes solidus, validus, totus eximie carnoso-fibrosus, vulgo 3 unc. longus, unciam crassus, subaequalis, nudus, sed fibrilloso-striatus, albus. Pileus carnosus, at ratione stipitis validi tenuis, prirno convexus, dein planus, subumbonatus, inaequalis repandusque, 3—5 unc. latus, viscidus, e fibrillis innatis nigro-virgatus, at ceterum laevis, glaber, vulgo fuligineus, at variat violascens, lividus et senio expaliens; margo semper nudus, tenuis. Daro alba, obsolete lutesceus, fragilis. Lamellae rotundatae, fere liberae, 3—4 lin. usque ad unciam latae, distantes, priniD albae, dein lutescentes vel griseo-pallescentes.

Vulgatam et valde distinctam hanc speciein a priscis Auctoribus haud descriptam valde miror. Sine dubio *Agarico lurido* adscriptus, ab Hartzero |t. 73) longe diversD *Ag. fumoso.* Praeter lusum • caespitosum, giganteurn aliam legimus forinam minDieni pumilam stipite subbulboso ad terrain nudain.

Reliquae species pileD virgato facile dignoscuntur, *A. fiavobrunneus* et *albobrunneus* lamellis rufescenti-maculatis, *Ag. virgatus* pileD absolute sicco, lamellis canis.

Tab 24 figg. superiDres typicam A. portentosi formam exhibent.

## XXXVI AGARICUS FUDATUS. FR.

*Fries Syst. 1, p. 40. Epicr. p. 27. Monugr. p. 54.*
A. [luinquepartitus. *Lund Holm. p. 7.*

*Diagn.* Tricholoma pileD carnoso, e convexo piano, subrepando, viscido (lurid o-lutescente), tigrino-variegato, disco obscuriori, stipite farcto, molli, squamuloso fibrillosoque, lainellis .ernarginatis, latis, subcDiifertis, albidis.

In silvis, praecipue pinetis, rarior species, circa Holmiam, Upsaliain et passim obvius. Indicatur quoque in Germania, Anglia.

Stipes farctus, mollis, saepe adscendens, 2—3 unc. longus, 4—6 lin. crassus, subaeqnalis, primo minute et dense squamulDsus, dein exirnie fibrillosus, fibrillis dernum nigricantibus variegatus, pallescenti-albus, apice albus et albopruinosus, demum fragilis. Pileus leviter carnosus,' convexDplanus, obtusus, saepe irregularis, 2—3 unc. latus, raro ultra, viscidus, sed facile siccus et opacus, laevis, glaber, nee fibrillis nigris virgatus, sed tigrino-lituratus, lurido-lutescente cinereove-flavo, disco obscuriori. Caro tennis, pallida, dtmum fragilis. Margo tenuis, nudus. Lamellae profunde emarginatae, 3—5 lin. latae, ventricDSae, subconfertae, fragile^, albidae; trama hyalina cum carne pilei concolor. Inodorus.

Insignis haec species cum praecedentis formis saepe commutata, sed ex'iconibus hoc loco datis facile discernuntur. Observandum modo stipitem A. fucati non semper tarn manifeste squamDSum ac in icone, ad specimina optime evolutii factaj exstat quoque hujus forma curta, subbulbosa, ab analDga prioris caute distinguenda.

*Agaricus unguentatus,* ob pileutn viscosum juxta *A. fucatum* in Epicr. collocatus, ob pileum simul villosum nielivis ad stirpem *A. terrei* referendus.

Tab. 24 figg. inferiores typicam A. fucati. forraam adumbrant.

## XXXVII. AGAKICUS QUINQUEPARTITUS.

*Linn. Suec. p. 1222? Fr. Epicr. p. 27. Mvnogr. p. 54.*

*Diagn.* Tricholoma pileo leviter carnoso, e convexo explanato, repando, laevi, glabro, viscido (flavo), stipite solido, striato, glabro lamellisque emarginatis, latis, albis.

In pinetis campestribus admodum rarus, Legi in silva Dannemarkensi juxta praedium Linnaeaiium Hammarby.

Stipes carnosus, solidus, 3—4 unc. longus, a basi ad apicem vulgo attenuatus, $V_2$ unc. et ultra crassus, striatus, glaber, albus, Pileus carnosus, versus marginein tenuis, e convexo explanatus, repandus, laevis, glaber, flavus, nullo modo virgatus 1. lituratus ut praecedentes. Caro, disci excepta, tenuis, fragilis, alba, subhygrDphana. Lamellae emarginatae, minus confertae, $V_2$ unc- latae, albae. Odor nullus. Sapor mitis.

Praecedentibus manifeste affinis, sed pileo nullo modo virgato vel liturato mox distinctus. Ab *Ag. fucato,* cui proximus, colore et stipite glabro.

Descriptio Linnaeana *Agar. quinquepartiti* omnino paradoxa et in nullam speciem typicam quadrat. Sine dubi" monstrositas et, ut meara praefiscini dicarn opinionem, *Hygrophorum conicum* spectat. At quum Pollich et, ni fallor, Paulet ad hunc retulerint, hoc loco admisi nomen paruin aptum quia vidi specimina adeo repanda, ut lobata facile dicam, et insuper juxta villam Linnaeanam nascitur.

*Agaricus dentatus,* quern quidam ad Hygrpphorum referre maluerunt, manifeste pertinet ad *Ag. rutilantem* Schaefferi. Descriptio Linnaeana optima et, quod praecipue notaiidum, hujus charact&rem essentialem, aciem lamellarum incrassatam villosam, notat. Schaefferi nomen aptius ubique receptum tamen servandum censeo.

Tab. 25. Agarici quinquepartiti statuii naturalem exhibet.

## XXXVIII. AGARICUS BULBIGER. A. S.

*Alb. i't Si'/itc(u'/i. p. 151. Fr. iSyst, 1. p. 27. Monogr. 1, p. 35. Klotzsch in Dietr. Fl. Bor. t 373. Weinm. Boss. p. 13.*
A. malleipes. *Lasch in Linn. IV, p. 27.*

*Diagn.* Armillaria pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, laevi (gilvD-testacep), margine stipiteque farcto cyliudrico, *marginato-bulboso,* pallido fibrillosis, annulo obliquo fugaci, lamellis emarginatis, pallidis.

Locis muscosis in pinetis Europae praecipue orientalis. Circa Upsaliara hand rarus, at in Suecia meridionali et occidentali haud legimus. " .

Fungus valde singularis, *Cortinarios Scauros* s. margiiiato-bulbDsos statura referens, at nullD inodo affinis, maxim e' vero Tricholomatibus limacinis. Odor et sapor nnllus. Stipis farctus, raro cavus, 2—3 unc. longus, $^{l}j_2$ unc. fere crassus, aequalis usque ad bulbuin globosum, marginatum; cuticula exterior pallens, separabilis, demum lohgitudinalitBr fibrosa; sed intus medulla molliori farctus, extus intusque pallescenti-albus. Velum est cortina annulata, laxe adhaerens, obliqua, fugax, alba. Pileus carnosus, haud compactus, e convexo explanatus, 3—4 unc. latus, udus? gilvo-testaceus, margine pallidiori, per se glaber, sed passim et praecipue circa marginem e veli fragrnentis squamuloso-fibrillosus.^ Caro a,lba, mollis. Lamellae late emarginatae, subconfertae, demum parum distantes, latae, albo-pallescentes, demum pileo fere concolores.

Hunc et sequentem, e characteribus Armillarias, hoc loco juxta vere affines CDinparationis gratia inserere utile duxi Exstat quidem jam hujus icon a *Klotzsch* 1. c. data, at cum hoc opus vix in manibus Mycologorum veniat^ nostram haud superfluam duximus.

Proxime affines sunt *A. focalis* (cujus icon a me in Musaeo **Holm,** deposita tain praelongum sistit specimen ut charta hujus Dperis non caperet), *A. robustus et luteovirens,* quorum icDnes exstant apud Kroinbh., ut etiam nostrae in Musaeo Holmiensi.

**Tab. 2B iigurae inferiDres sistunt formam typicam, UpsaliiiB luctam.**

## XXXIX. A&ARICUS AURANTIUS. SCHAEFF.

*tichaef t. 37. Fr. Syst p. 39. Monuyru h. r. 3!K Alb. et Schwsin. p. 159. Secret, p. 712.*

*Diagn.* Armillaria pileo earnosD, e convexo piano,-obtuso, viscDsp, innato-squamuloso (aurantio), stipite solido, aequali, aurantio-squamuloso subannulato, lamellis siiiuato-adnexis, candidis, demum maculatis.

In pinetis montosis humidiusculis hinc inde, at nullibi r!opiose. In Suecia media haud rarus, at in regionibus australibus desideratur.

Est e pucherrimis, odorc farinae recentis, sapore ex Alb. et Schw. aimiro. Stipes solidus (nisi a larvis pertusus), aequalis 1. sursum attenuatus, 3 unc. circiter longus, $^{1}/_{2}$—1 unc. crassus, pallesceris, sed usque ad zonam annularem dense obsitus squamis confertis, subconcentricis, verruscosis pot.ius quam squarrosis, aurantio-fulvis. Annuius nullus adegt distinctus, sed squamae stipitis definite et concentric^ desinentes zonam praebent annularem, 2—3 lin. ab apice stipitis distantem, supra quern stipes laevis candidus et jove udo guttulis aqueis irroratus. Caro firmula, pallescens, in parte inferior! stipitis in fulvellum transiens. Pileus carnosus, marginem versus attenuatus, e convexo planus, obtusus, obsolete innatD-squamulosus (cuticula non lacerata), interdum fere laevis, viscidus, 2—3 unc. latus, pulchre et saturate aurantius, disco saepe obscuriori. Lamellae emarginato-adnexae, confertae, 2 lin. latae, primo candidae, dein fulventes 1. rufescentes.

Legimus insuper varietatem caespitosam, minus regularem, sed itidem pulcherrimam. Stipes saepe curvatus et adscendens, dense Dbtectus granulis punctiformibus aurantiis, demum rufescentibus. Pileus primo laevis, dein riyuloso-granulosus, aurantio-fulvus.

Hujus inter Armillarias et Tricholoijiata ambiguae speciei novam hoc loco inserere icDnem riece^ssariuin duxi, ne cum vicinis v. c. *A. flavobrunneo* CDnfundatur, et quum Schaefferi icon haud parum a forma mihi obvia reeedat.

**Tab. 25 fig. superiorBs specimiiiFi Upsaliae lecta adumbrant.**

# XL. AGARICUS FLAVOBRUNNEUS. FR.

*Fries Obs.* $2_3$ *p. 119. Epicris. p. 28. Monogr. p. 56. Pers. Myc. Eur. 3, p. 177. Berk. Dutl. p. 98.*
*Ag.* trichopus. *Alb. et Sohw. p. 163.*
A. fulvua. *Fries Syst. 1, p. 37, nun Retzii st alior.*

*Diagn.* Tricholoma pileo carnoso, e'jconico convexo explanatoque, discoideo, subumbonato, virgato-squamuloso, stipite cavo, tibrilloso, *primitus viscoso, intus lutev,* lamellis sinuatD-decurrentibus, confertis, e flavo rufescenti-maculatis.

In dumetis subhumidis frond osis, praecipue betuletis, per maximam Europae parte*m vulgaris; vulgo catervatim nascens et saepe caespitosus.

Species distinctissima, plurimis notis privis ab omnibus diversa. Odor farinae recentis fortis, rancidu.s. Stipes cavus^ 3—5 unc. longus," $^1/_2$ unc. crassus, rufsscens L fuscescens, vulgD ventricosus (utrinquB uttenuatus) minorum tamen aequalis, rufofibrillosus, *primitus viscidus* apiceque nuilus. Pileus carnosus, e conico-convexb explanatus, late gibbus$_7$ 3—5 unc. latus, viscosus, fibrilloso-virgatus vel innato-squamulosus, haud laceratus, rufofulvus, disco obscuriori vel totus vaccinus (brunneD-rufus). CarD sat compacta, alba, sed stipitis vel tota vel in ambitu saltim lutea. Lamellae emarginatae siinulque dente eximie decurrentes, confertae, flavae, tactae et senio rufescenti-maculatae. Exstnf varietas minor, tenuior, pallidior.

Hujus vulgatae et a plurimis lpctae speciei nulla exstat icon fida. *Ag. incertus* Schaeff. t. 62 ita ambiguus, ut ab aliis ad *Ag. melleum* ducatur. *Ag. compactus* Sowerb. t_ 416, olim hue a Berkeley relatus, IDCD supra citato rectius ad *Ag. albobrunneum* ducitur. Cum hoc passim confunilitur, et *A. albobrunneus dubius* Pers. Myc. Eur. 3, p. I7S sistit hujus formam. Verus *Ag. albobrunneus* Pers. eximie differt stipitr solido sicco, apice albo-farinaceo, came Candida, pileo laevigato sed fibrillis innatis virgato, lamellis dente haud decurrentibus e candido pallescentibus. Hujus boiiam iconem praebet *Schaeff. t. 38 [A. striatus,* nomen ineptuin).

Ex altera parte accedit &d *Ag. nictilantem,* at hie inudorus, pileus non virgatus, 'stipes farctus squamulosus, *h*\-mellae absque dente decurrente e. s. p. Hujus icones praibent *Bull. t. 574, f. 1, Hus^Jl t 46.*

**Tab. 27 figg- aiipcriorBs genuinum A. flavobrunnrlun sistunt.**

---

# XLI. AGAIUCUS USTALIS. FR.

- *Fries Obs. 2, p. 122. 3. Myc. 1, p. 57. Monogr. 1, p. 57, Wtinm. Ross. p. 20.*
A. leucDphyllus, *Alb. et Schw. p. 163.*

*D'iagn.* Tricholoma pileo carnoso, e convexo piano, obtusD, laevi, glabro, viscosD, stipite aequali sicco rufofibrilloso, apice nudo seri.eeo-laevigato, lamellis emarginatis, confertis, candidis, demum rubello-maculatis.

Duplex exstat hujus forma," altera major, firmior in pinetis, altera minor tenuior in, fagetis, praecedente minus frequens, ut lectus in Suecia meridionali, Rossia, Germania.

Ddore nullo pileoque laevi, haud virgato, mox a vicinis distinctus. Stipes farctus, dein cavus (in minori jam primitus), " 2—3 unc. longus, $7_2$ unc. eirciter crassus, aequalis, siccus fibrillosus, rufescens, apice albidior, at non farinosus. Pileus carnosus, haud compactus, hemisphaerico-expansus, laevis, n-laber, non virgatus nee squamulosus, at in var. minori disco rugulpso-punc'tatus, badiD-rufus, in var. tenuiori pallidior, disco obscuriori. DarD alba, fracta passim rub'escens. Lamellae emarginatae, denticulo decurrente, confertae, latiusculae, candidae, deinum rubello-maculatae.

Forma major et minor videntur constanter diversue, ^ inter tot affines novas species aegre admittendas censen- Cum nulla vicinarum specierum forma primaria confundi pi>-test, sed varietas minor vix diversa est ab *A. fulvello,* quein auctoritate tantum Bulliardi fretus ut subspeciem dubiam *Ag. nictitanti* subjunxi. Forsan *A. ustalis minor* cum.*A.*/«'" *vello* speciem tarn ab A. nictitante, quam *A. ustali* distinctam sistit.

Cum *A. ustali* quoad staturam bene convenit ^4. *frurnert-taceuM* Bull. Hujus icon a me in Musaeo Holiniensi dtposit[1].* cum Bulliardiana optime congruit et acuedente odorc frumentaceD de identitate dubitare non licet. A Berkeleyo ad H)' porhodios ducitur, et v. Post in schedulis monet hunc prii»[1] obtutu pro Hyporhodio non posse non haberi, sed sppm esse p alii das.

**Tnb. 27 figurni; iulmr)ri\s frjnnnin miiirjrmti *An;.* ustalis sistiinl.**

## XLII. AGARIDUS PESSUNDATUS. FR.

*FT. Syst. 1, p. 38. Epicr. p. 23. Mono jr. p. 55. Weinm. Ross. p. 20.*

*Diagit.*- Tricholoma pileo compacts carnoso, convexo, obtusissimo, repando, granulato guttutoque maculato, stipite solido obeso, primitus ovato-bulboso squamulis albis undique villosD, lamellis e libero emarginatis, confertis, albi^.

Ab hac definitione *formae* primariac *silvaticae* admodum recedunt duae sequentes, quae forsan distinctam speciem, *A. starts* dicendam, sistant. Haec forma *silvatica* odore forti farinae recentis, statura curta instar Ag. equestris, pileo granulatD 1. maculato a sequentibus facile dignoscitur. Haec tantum in pinetis Smolandiae lecta, quare iconem dare non possumus nee sequentes in vivo comparare licuit, ut de spei^ifica differentia absolute statuere non possumus. Descr. pi en-am videas in *Monogr. L c.*

* *Ag. stans* pileo carnoso e convexD-explanato viscido laevi (nee granulato, nee giittato-maculato) rufescente earne sub cuticula rubella, stipite solido subaequali squamulosD, lamellis rotundatis, confertis, albis, rubro-maculatis.

Duae exstant hujus formae sat notabiles, at csrte ejusdsm speciei, altera *campestris*, in nemoribus frondosis, ambulacris etc. obvia; altera *montana* in silvis montanis, utraque i^irca Upsaliam haud rara. Fr. *Monogr. 1, p. 59.*

Hae duae formae habitu inter se haud parum differunt. Forma *campestris* stipitem habet obesum, rubellum, squamulosum, at non villosum, pileum latiorem magis applanatum, brunneorufum, obsolete squamulDso-virgatum?; forma *montana* habet stipitem ad 3 unc. elongatum, oninino aequalem, album, apice tantum albo-squamulosum, pileum minorem, magis convexum et omnino laevem.

Utruin *Ag. starts* varietas an distincta species dijudicare non audeo. J^umquam in eadem regione legere contigit, in qua genuinus Ag. pessundatus luxuriat. Dolenduin me haud annotasse odorem *Ag. stantis;* si inodorus sit sine dubio vera species.

Tab. 28 sistit *A. pessundatum * stantem;* fig. superiores ejusdera fonnam *campestrem;* inferiorps *montanam.*

## XLIII. AGARIDUS RESPLENDENS. FR.

*Fries Monogr. 1, p.. 55.*

*Diagn.* Tricholoma, candidus, pileo carnDSo, e convexo expansD, laevi, glabro, *viscoso,* sicco nitido, stipite solidD, subbulboso, glabro, siccb, lamellis eniarginatis subconfertis.

In nemoribus, praecipue sub Corylis eximiam hanc speciem in Smolandia exeunte Septembri legimus. Iconem quoque misit def. *Lasch.* In Darpathis legit *Kalchbrenner.*

Gregarius, totus candidus, odore grato, sapDre rniti. Stipes SDIIIIUS, totus carnosus et validus, 2—3 unc. longus., $^x/_2$ unc. crassus, mine bulbosus, nunc aequalis, laevis, glaber 1. apice inodD leviter fioccosus, siccus, snbinde curvatus. Pileiis aequaliter carnosus, at non compactus, primo convexus, dein explanatus, obtusus, 2—3 unc. latus, recens prorsus laevis et viscosus, siccus pulchre- argenteo-splendens, saepe cum maculis hyalinis, discus lutescens et superficies adpressti sericea apparet, licet glabra sit. Lamellae juniores fere liberae, dein exiinie emarginatae, subconfertae, tenues, integerriinae, 3—4 lin. latae, antice aequaliter attenuatae.

Habitus hujus speciei exacts *Hydrophori eburnei*, et primo ad Hygrophoros Limacinos retuli, sed stipite glabro, lamellis subliberis, tenuibus inter Agaricos manebit. Fungum esse esculentum vix dubitem.

Hie et *Ag. spermaticus,* in Anglia quoque lsctus ex Berkeley, a reliquis Tricholomatibus albis diflerunt pileo viscoso. A se invk'L'm quoque abunde differunt. *Ag. spermatico,* cujus icon em sat bonam dedit Paul. t. 45, f. 1_3, stipes subcavus tortus, pileus irregularis, margine- primo infracto, at praecipue dignoscitur odore viroso, ut Paulet veil eriatum n ens eat.

Singulari naturae lusu icon hoc loco data etiam *Ag. albellum* juniorem bene refert; hie tamen non affinis est et ad aliain Tricholomatum tribum pertinet.

Tab. 29 figg. superioves A. resplendentein referunt.

## XLIV. AGARIDUS CDLUMBETTA. FR.

*Fries Syst. Myc. 1, p. 44. Epicr. p. 32. Monogr. 1, p. 63. Weinm. Ross. p. 25. Berkl. Qutl. p. 94.*
A. albus. *Pers, Alb. et Syhw. non Svhaeff. et Alior.*

*Diagn.* Tricholoma, albus, pileD carnoso, e CDnvexD explanato, Dbtuso, rigido, subflexuoso, sicco, primD glabro, deiri subsquamDso fibrillosDve, stipite solido, valido, subradicato glabrD, lamellis emarginatis, confertis, immutfitis.

In silvis frondDsis Sueciae meridionalis et passim per EurDpam.

Species maxime mutabilis, ut duas species facile distingueres, hinc formas primarias seorsum describere necesse est. In Dinnibus color candidus, stipes firmus, pileus demum squamulosus 1. fibrillosus, odor nullus, sapor mitis, quo ab *A. albo* Schaeff. mox distinctus.

A. In betuletis ericctosis inter inuscos. Stipes obesus, unciam usque crassus, inaequalis, turaidus. Pileus semper fere repandus, immo lobatus^ primo glaber, kevis, demum rimDse squamosus, margine junioris inflexo? tomentoso. Haec est forma primaria in Syst. Myc. descripta, *typica,* saepe rubello-maculata.

B. *Media* in dumetis. Stipes longior, aequalis, basi subattenuatus. Pileus subflexuosus, sericeo-fibrillosus, demin^ squamulosus, interdem fuseescenti-maculatus. Margo vix villosus.

C. *Speciosior* in fagetis umbrosis. Stipes aequalis, cylindricus, 4 unc. usque longus, fibrilloso-striatus. Pileus regularis, explanatus, 4 unc. latus, evidenter fibrillosus, margin^ nudo. Daro tenuis, scissilis, subinde coeruleo-maculata.

Formae A. et C. adeo diversae apparent, ut quisque pro speciebus distinctis haberet, nisi adesset forma ilia *W' dia,* quae aequo jure ad utr^mque trahi' possit. A relicl^ Tricholomatibus albis abunde ditfert, unice cum A. Cnista comparandus.

Tab. 29 fi^0"- inferiores sistunt *Agarici Columbettae* fonnnm medi... Pileum sBricBO-fibrillDsum clare exprimere pictori haud successit.

## XLV. AGARICUS IMBRICATUS. FR.

*Fries Obs. 1, p. 27. Syst. Myc. 1, p. 42. Monogr. p. 64. Weinm. Ross. p. 22. Berkl. Outl. p. 99.*
Agar. rufus. *Pers. Myc. Eur. 3, p. 175 non p. 61.*

*Diagn.* Tricholoma pileo carnoso, compacto, e convexo KXplanato, obtuso, sicco innato^squamuloso (umbrino-rufo), margine primo inflexo, pubescente, etipite SDHCTO, vdido, apice albo-pulverulento [baud cortinato), lamellis sinuatD-adnexis sub confertis albis, dein rufescentibus.

Est e vulgatissimis in pinetis, regionum tarn raontDsariim, quam carapestrium Europae saltim borealis et mediae.

Stipes solidus, firinus (tantuin a larvis perfossus), mine curtus, conicus, $l^l/_2$—2 unc. longus, unciam usque crassus; mine protractus, 3 unc. longus, subaeqnalis, adpresse fibrillosus, apice albus, squamulis albo-pulverulentus. Pileus carnosus, coinpactus, e late convexo explanatus, Dbtusus, siccissimus, umbrinus 1. umbrino-rufus valde opacus, 3 unc. et ultra latus, disco contiguo, ceterum squamuloso-laceratus et versus marginem fibrillosus. Margo tenuis, primo leviter inflexus, pubescens, dein prorsus nudus. CarD firma, crassa, alba. Lamellae leviter emarginatae, fere adnatae, subconfertae, 3 lin. latae, juniores oinnini) albne, dein rufae.

*Ag. vaccinus* Pers. syn. (nee Schaeff.) cujus boiaa icon exstat in Pers. ic. et descr. t. 4, f. 4 sub nomine A. ruii ^r cuin quo *A. imbricatus* confusus fuit, singulis partibus aburu differt stipite cavo, eximie cortinato, apice nudo, pileo e campanulato expanse uinbonato margine toinentoso e. s. I. — *Ag. vaccinus* SCHAEFF. ad suuni hoinoriymum perperam duxit PERSDDN, potius sisteret *A. imhricatuiv;* equidem w-men potius Dortinarium censErem. Mirum sane iconrm ... dam vulgatae hujus speciei desiderari.

**Tab. 3D normalBin A. iinhricnti sistit formam.**

## XLVI. AGARICUS UNGUENTATUS FB.

*Fr. Epicr. p. 27. Mtrnogr. Hymen. 1, p. 53.*

*Diagn.* Tricholoma *pileo* leviter carnoso, e campanulato expansD, uinboriato, *squamoso-floccoso viscido;* stipite solidD, valido, laxe fibvilloso lamellisquc emarginatis, cDnfertis, perlatis, sordide albidis.

In pinetis raro. Leutns in Smolandia et Dstrogotia.

Species valde singularis, pileo squainDSD-floccoso et nihilo tamen minus primitus vist:ido, quo ab omnibus reliquis Tricholomatibus differt. Stipes solidus, validus, sed intus demum mollis, 3 unc. longus, {—1 unc. crassus, aequalis, fibrillosus, et non striatus, griseus, intus albus. Pileus cariiDSUs, sed €aro tenuis, scissilis, e campanulato expansus, valde umbonatus, 2—4 unc. latus, totus cinereus, flDccDSD-squainosus, squamis innatis floccosis viscidis, quasi unguento s illinitis, Margo primo inflexus, villosus; dein patens, nudus. Lamellse eximie ^marginatae, ^—1 unc. latec, confertae^ albidtc. Inodorus.-

E pileo viscido ad Tricholornata Liinacina referendus, at major adest affinitas cuin Tr. Flpeculosis et in specie *Ag. terrev*. Nulla enim adest peHkula irrigata viscid a ut in Trich. Limacinis.

Ad stirpem *A. terrei* insuper pertinent:

* *Stijritv annulato:* 1. Agaricus ramentaceus BULL. — 2. Ag. cingulatus. FK. icon data in Linnaea 183D.

** *Stipite cortinato:* 3. Ag. gausapatus FR. — 4. A. tristis (SCDP.) FK.

*** *Stipite absque velo manifesto: 5.* A. scalpturatus Fu. — S. A. argj^raceus BULL. — 7. A. terreus (SCHAEFF.). Sowerb. Omnium horum novas deposuimus icones in Mus. Holm, quas vero h. 1. omitto, citni ex aifinitate et descriptipnibus facile dignoscantur.

Dmnes species e stirpe *A. terrei* incolunt regiones campestres; in Smolandiai occidentalis mDntoso-silvaticis nulla harum observata.

Tab. 31 figg'. supei'iores lianc specieni sistunt magnitudine naturali.

---

## XLVII. A&ARICUS ATRODINEREUS PEBS.

*Pers. syn. p. 348. Fr. Epitr. p. 37. Afonogr. l, p. 72.*
Ag. cuneifDlius Я, *Fr. Syst. 1, p. 116.*

*Diagn.* Tricholoma, rigido-fragilis, pileo carnoso, convexoplano, sicco, glabro, demum rimose incisD, discft prDininente et obscuriore, stipite farcto, oequali, glabrD lamellisque arcuatD-adnexis ventricosis albidis.

Locis graminosis in campis ct silvis haud raro. Legiuius in Scania ad Lund, prope Upsaliam ad Vardsfttra. Etiam in Grermania, Rossia etc. lectus.

Fragilis, *odore 'farinas recentis.* Stipes farctus, intus inollis et udus hyalinus, 2—3 unc. longns, 4 lin. crassus, aequalis, cylindricus, albidus, glaber, at e fibrillis-longitudinaliter adpre^sis striatulus et apice nudus. Pileus carnosus, convexoplanus, li unc. latus, siccus, glaber, opacus cinereus, disco prominente obscuriore, primo laivis et integer, demum margine revolutus et rimose incisus, at non squamuloso-diffractus. Daro pilei in fungo udo hyalina, hygrophana. Lamelhc nunc liberse, nunc dente decurrentes s. arcuato-adnexrc, plus minus ventricosa?, tenues, confertae, hyalino-alboe.

*Agaricy cuneifolio* fragilitate insigni et odure farina recentis manifeste affinis, &ed major et plurimis notis distinctus. In *A. cuneifolio* stipes cavus, unciam 1. parum ultra crassus, deorsum attenuatus, apice pruinatus; pileus tenuior, subcarnosus inodo, dilutior, demumque in squamas diffractus; lamellae obovato-cuneiformes et apice oblique truncate. Hujus formam majorein sistit BATSCH *t. 206* (mire ad diversissimum Hygroph. pratensem ducta) et minor em BULL *t. 580 f A, B,* quare nostram in Mus. Holm. depDsitam omittimus.

Nomen Persoonii *A. atrodnerei* forsan dubium est hac specie neque iconc, nee plena discriptione fixa. Post Persoonii Synopsin baud incmorata licet diversissimac ad hoc nomen tamquam varietates relatie. Definitions vero haud obstanti- prtecedenti hoc noinen tribui?rc optimum visuin est.

Tab. 31 fig. inferiores varias A. atrocinerei exponunt formas.

## XLVIII. A&ARICUS SAPDNADELS Fii.

*Fr. Obs. 2, p. 101. Linn. 1830, p. 101. Monogr. 1, p. 69. Weinm. Boss. p. 23. Berkl. Brit. Outl. p. 101.*

*Diagn.* Dlidus, firmus, pileo subcompacto, e convexD explanato difformi obtuso, sicco glabro, demum riniDse squamoso punctatove, margins primitus nudo; stipite solido, inaequali, subradicante; lamellis uncinato-emarginatis distantibns tenuibus integerrimis albo-pallescentibus (obsoleteve virentibus).

In silvis tarn frondosis quam acercsis admodum vulgaris, saltim per omnem Europam borealem.

Odore pmnino peculiari, potius *saponaceo,* quam nitroso (ab Ag. alcalini, Hygrophori murinacei etc. prorsus diverso) semper tute dignoscitur, nee non substantia compacta, baud fragili, lamellis distantibus, pilei cuticula sicca, glabra, demum in squarnulas *rimosa, ut etiam inaculis srepe rubellis tam carnis, quam stipitls laesorum. Stipes s Dlidus, 2^3 unc. longus, i unc. crassus et ultra/saepe inaequalis v. c. incurvatus, basi attenuata radicatus, pallidus, nunc glaber, nunc praecox in silvis frondosis squamulosus, nunc autumnó seriori fibrillis nigris eleganter rcticulatus. Pileus carnosus, e convexo planus, obtusus, 2—4 unc. latus, omnino glaber, JDVB pluvio udus quidem, at numquajn viscDSus, lasvis dein siccitate plus minus rimosD-rivulosus, punctatus 1. in squamas diffractus, nDrmaliter fuseo-lividus, sed variat albidus, cinereus, Dlivaceo-virens, nigrescens; margins tenui, glaberrimo, primD ipflexo. Caro albida, dissecta plus minus rubescens. Lamella3 uncinato-i3marginata3, distantes, tenues, integiiiTiiiiix!, albo-pallescentes; in varietate insigni luteoe.

Species mire polymorpha, ut gregem potius facile fingas, hinc sub diversiq nominibus confusa, in Linnsea 1. c. primo rite limitata. Inter hujus varietates prtecipue eminent *altera,* inagis compacta et regularis, stipite subbulboso squamoso. Hue etiam *A. atrovirens* PERS., tenuior, obscurius virens, squamulis pilci CDnfertioribus. Hie in fagetis umbrDsissimis autumno seriori lectus.

Synonymia vulgatae hujus speciei maximB intricata et ambigua. *Agaricus graveolms* Sow. t. 281 ad Ag. gambosum pertinet. *Ag. argyrospermys* BULL. t. 502 vix alibi citandus, at icon non characteristica. *Ag. fusiformis* SCHUM-Fl. Dan. t. 1729 habitu melius congruit, at describitur sericeus. Apud plurimos auctores ad diversissimDS relatus v. c. *Ag. luridunij jnyvmycetem, murinacvum* e. s. p. Species e stirpe NitrDSDrum apud Seer, hujus loci videntur. *Ag. cognatus* et *affinis* WEINM. in Syll. Fl. Ratisb, 1, p. 71; 11, p. B ab ipso Auctore hue reducuntur, at hujus descriptio melius in sequentem quadrat.

Tab. 32 figg. super, hujus udumbrant fDimam pileo fusco-virentB; ii^B* riorcs variDtatBm *alt warn* lamellis luteis. Singulos lusus CDIDHS **pilei** IIDn licuit pingei'B.

---

## XLIX. A&ARICUS UAUTILAGINEUS BULL.

*Bull. t. 589, f. 2* insufficieiis! *Fr. Epicr. p. 36. Monogr. p. 27. Berkl. Outl. p. 101.* A.' unibrinus. *Pers. Myc. Eur. 214.*

*Diagn.* Tricholoma pileo canmso, rigido, subfragili, e convexD expanso, gibbo, untlulatD, glabro, e cuticula rimulosa subtiliter atro-punLtatD, stipite subcavo brevi glabrD candido, lamellis emarginatis confertis albis.

Loco graminosD, humidiusculo in silva abiegna unico loco props Upsaliam copiosissime lppi. In flallia, Britannia et Rossia siinul lectus est.

Odor ex BERKELEY faring recentis, at in meD baud notiibilis. Stipes subcavus, curtus - et firmus, at fragilis, 1—2 unc. longus, unciam fere crassus, candidus/ superficie **polita,** laevi et glabra. Pileus carnosus, haud compactus, rigidus, subfragilis, junior convexus obtusus, margine involuto pubescente, dein expansus, 2—3 unc. latus et ultra, undulato-repandus (siecitate rimoso-incisus), margine deflexo et incurvo persistente, semper siccissimus, minute et densissime gramilatus, sed granula otnniiiD innata, a cuticula disrupta orta, primitus fideo contigua, ut pileus ater appareat; in adulto vero granula per rimulas ita distincta, ut fundus albus inter horum myriades transluceat, quare pileus densissime nigro-piinctatus apparet. Daro alba. Lamella; emargiriato-sinuatEe, confert^r sed tenues, 2 lin. latiti, alba*, dein griseo-pallescentes, ft* color purus.

No vain dedinius lnaxiinii insignis speuiei icDiicin, cm11 Bulliardi nullo modo characteristica sit, Junior niodo cartilaginous dici meretur, adnltiis enim mollis et fragilis. *M' hordus,* rigidofragilis, ab hoc abunde differt pileo haud **punctato,** sed in squamas demum squarrosas rupto lamell**isque** subdistantibus. Hujus icon desideratur. Habitum refert **Sow.** t. 105, at noster inodorus. Apud nos in Scania tantum lectus.

Inter *A. mponaceum* et *cartilaginewn* medium locum tenet rarissimus *A. miculatus* FR. Monogr. p. 70. Hie differt **pileo** compacto livido, disco modo rimuloso-granulato, **lamellis** distantibus.

Tal 33 figg. super, fungum statu naturali exhibent.

## L. AGARIDUS ELYTROIDES (SCOP.) FR.

*tiuop. Fl. Carn p. 424? Fr. Epicr. p. 3D. Monvgr. 1, p. 73.*
A. lemniscus *Trog!* et forte *Pers. Mi/c. Ear.*

*Diagn.* TricholDina pileo carnoso, e convexo piano, obtuse, B granulis confertis, minutis prominulis scabro; disco floccosD-leprDSo; stipite farcto, molli, B fibrillis densis, sursum directis reticulato; lamellis emarginatis, perlatis cinereis.

In Europa australi haec species videtur passim obvia, licet nondum clare exposita sit; eqiiidBm per pliires annos leg'i cum prsecedente mixtum.

Odor farinae recentis, at debilis. Stipes solidus, firmus sit mollis, 2—3 unc. longus, -j—1 unc. fere crassus, deorsum plerumque attenuatus, e fibrillis densis, sursuin directis et adpressis, undique quasi imbricatis niaxime priva ratione reticulatus, extus cinerascens/intus sordide albus. .Pileus disco excepto leviter carnosus, e convexo planus, obtusus, 2—3 unc. latus, fragilis, siccissimus, colore peculiari atrofusco 1. inurino, sed adultior ex indumento floccoso-leproso canescens. Superficies enim pilei adeo peculiaris, ut simile vix viderim$_7$ undique granulis confertis, minutis, prominulis scabra, in disco verD floccDSo-leprosa et in areolas minutas rimosa. Caro alba, interdum rubens. Margo patens, interdum remote plicatus. Lamellae latissimai et p^ofunde emarginatte, fragiles, cinerese, demum pruinosae.

Species admodum peculiaris, quasi media inter *A. cartilagineum* et *terreum*, ab utroque tamen abunde diversa indumento peculiari tarn pilei quam stipitis-

Nornen Scopolii hue retuli baud obstante brevi deseriptione; concedendum tamen plura veterum synonyma tantum privisorie esse determinata, donee in locis natalibus determinatio confirmetur. Eadem est ratio iconis *Batarrw (t. 17 D.)*, ex qua *A. lemniscus* Pers. Myc. Haec vero icon haud male refert nostrum fungum, quern quoque def. *Trog* sub hoc nomine misit.

Tab. 65 fig. *1.* Ajhimbrnt *Agar. nitellini* formam majorem; fig. 2 minorem.

*Agaricus nummularius* LAMAKK, *Bull. t. 56, Epicr. p. 91* est species mihi ilubin nee obvia. IN fall or pr^cedenti affinis. S^dulo inquirendum an vari* dubie subjunrtw species distinctae.

## DXXII. AGARICUS SUCCINEUS FJJ.

*Epicr. p..SI. Monoijr. I j>. 162.*

*Diagu.* Uullybia pileo sub earn uso, i* eonvuxu expanse deinumque subdepresso, laevi stipiteque listuloso, uequali, rufb glaberrimis; lamellis obtuse adnatis, latis, crassiusculis subdistantibus, serrulatis, albidis.

Locis graminosis in silvis. Ad Feinsji) Sinolandiae legi in fagetis, in Suecia media vero in pinetis, at rarior species.

*Descr.* Solitarius, inodorus. Stipes fistulosus, tenax, 1—2 unc. longus, 1—2 lin. crassus, tequalis 1. basi attenuatus'et arrhizus, laevis, undique glaber, politus, rufobriinneus 1. rufescenti-pallescens. Pileus tenuis, subcarnDSiis, e conveXD I'xplanatus, obtusus, demum depressus et inscqualis, siccus saBpe rimosc fissus, unciam latus, laevis, glaber, rufus 1. brunneo-fuscug, expallens. Lamellae adnatae, postice obtusae, minus confertai, valrle. lata?, crassiusculae, pallescenti-alb^, acie» serrulata.

Unica species attinis est *A;/, nitellinus,* at clare distinctus i3 descriptionibus supra datis. E Gennaiiia missus sub nomine *Ag. dryophili,* a quo vero lamellis latis, crassiusculis, minus confertis facillime dignoscitur, *Ag. xanthopus* differt statura, pileo e campanulato expanso laxo, lamellis fere liberis, integerrimis.

*Ag. melleus* SCH^EFF. *t. 45* inter hunt; ct *Ag. aquosum* ambigit, sed dicitur lignatilis, at terrestris pictus. Variis vero locis Schaefferum vidimus e memoria loca natalia erronee indicasse; sic *Polyporum confluentem* dixit truncigenum, e contrario *Ag. corticatum* (SnHiEFF. t. 225) terrestrem.

Tab. 55 *fig.* 3. *Ay. succineum* typicum spectat.

## CXXIII. AGAR1DUS MAC1LENTUS Fit.

*$y3t. My\i. I. p. 131. Epicr. p. 93. Monoyr. I. p. 166. Weinrn. lioss. />. 77.*

*Diagn.* Dollybia pileo carnosulo, planiusculo, obtuso, laevi, rj-labro; stipite subtiliter fistuloso, tenaci, nudo, radicato lamellisque secedenti-liberis, cDiifertis, linearihus, luteis.

In pinetis montosis supra acus perraro legimus in Smolandia et Uplandia. In Rossia legit WEINMAN.

*Descr.* Species pumila, ariia, inodora. Stipes obsolete tistulosus, cartilagineus, tenax, 1—1^ unc. longus, lineam vix crassus, ajqualis, filiformis, passim flexuosus, glaber, haud pulverulentus, la?te flavus, basi leviter radicatus. Pileus -arnosulus, .orbicularis, e convexo applanatu^absque umbone t't umbilico, unciam vix latus, siccus, obscure luteus. Daro lenta, tenuis, lutea. Lamellffl secedentMiberae, confertissima3, angustae, linrares, valrln- ina^uales, eleganter et pure lutnie-

Statura umniiiD *Ag. myosuri,* sed color *Ag. verity,* quarc cum hujus formis pumilis facile commutatur. Hie vero differt stipite farcto, tDto fibroso nee cartilagineo extusque fibrilloso-striato, pileo demum depresso, sordide luteo, *came alba,* lamellis latioribus et in formis minutis adnatis.

In omnibus Collybiis stipes norinaliter fistulosus (licet in noniiullis priiiiD farctus), at duplici diversa et stricte definita ratione. In aliis tubulus sat amplus, sine medulla; in aliis in stipite medulla farcto subtissimus ut primo Dbtutu non facile observetur. Hie character maximi momenti et in aliis Agaricorum subgenerihus raro observatus.

Tab. 55 fig. 1. *Ag. macihntum* spectat.

## CXXIV. AGARICUS AQUOSUS BULL.?

*Bull t 12 ? Fr. Epicr. p. 93. Monogr. I. p. 163- Sommerf. Lapp. p. 284. Seer. Hslv. n. 737.*

*Diagn.* Collvbia nilou carnosD-inembranaiiiiu, mi>x piano, . . . i ^:^;+«n» farrtn. seauali, fflabro obtuso, margine striatulo, ... lamellis adnexis, mox liberis, confertissimis, linearibus, albidis.

Locis humidis, muscosis silvarum, rarior species, sed in variis regionibus lecta. Formam optimam legi in silva ad Sunnerstad prope Upsaliam.

*D* ... fungus aquosus, melleus, siccitate admodum expallens, inodorus. Stipes farctus, 14-21 unc. longus, lineam crassus, æqualis, ... flexilosus 1. leviter undulatus, ceterum politus, glaber nee apice pulverulentus. Pileus melleus, tenuis, tenax, mox planus, obtusus, orbicularis, margine dense striatulo. Lamellæ ut supra, integerrimæ.

Aliam in Smolandia legi formam magis habitu, qUillU characteribus diversam et *Ag. dryophilo* accedentem, -a forma typica haud parum recedit. Differt stipite fistuloso, basi flocculOSO, siccitate fulvello. Hanc formam sistit Bulliardi icon, quare novam dedimus formae typicae.

Tab. S6 fig. 2 depingit *Ag. mellei* formam typicam.

## CXXV. AGARICUS EXSCULPTUS FR.

*Epicr. p. 93. Monogr. I. p. 162. Cooke Brit. Fung. p. 59.*

*Diagn.* Collvbia pileo carnosulo, tenaci, e convexo expanso, umbilicato immutabili stipiteque fistuloso, tenui, incurvo glabris; lamellis subliberis, arcuatis, confertissimis, angustis sulfureis.

Ad ligna vetusta, indurata quercus raro. Legimus in Smolandia? in Britannia BEDOME.

*Descr.* Proteo *Ag. dryophilo* affinis, sed stipes minus fistulosus, brevis, uncialis, vulgo incurvus, læte sulfureus; pileus convexus, vere umbilicatus, 1—2 unc. latus, fulvo-brunneus nee expallens; lamellæ confertissimæ, lineares, læte sulfureæ. Tenacitate præcipue insignis.

T.b. SB fig. 3. *Ag. exsculptum* dTrt.

## CXXVI. AGARICUS EXTUBERANS FR.

*Epicr. p. S3. Monogr. I. p. 164.*

BUllB Kxti\berans. *Batt. t 28. f. 1.* bona! at nDn Fucata.

*Diagn.* Collybia pileo carnosulo, campanulato expanso, umbone lato protuberante; stipite tenui, fistuloso, radicato, glabro, pallido; lamellis attenuato-adnexis, confertis, albis.

Ad terram juxta truncos et ad ligna putrida hinc inde rarius et sporadice obvius.

*Descr.* Solitarius, tenax,. inodorus. Stipes fistulosus, in firmioribus etiam farctus, radicatus, 2—3 unc. longus, 1^_2 lin: crassus, æqualis, strictus 1. leviter flexuosus, lævis, glaber, haud pulverulentus, albidus. Pileus e campanulato expansus, umbone lato protuberante, orbicularis, 1-1½ unc. latus, glaber, lævis non hygrophanus, rufo-fuscus, badius 1. umbrinus, circa marginem primo incurvum pallidior. Caro alba. Lamellae attenuato-adnatae, secedentes liberæ apparentes, confertæ, 1—2 lin. latæ, albidæ.

Affinitas hujus speciei ægre indicatur; quoad staturam cum *Ag. protracto* comparanda, sed ab omnibus recedit umbone grandi tuberculiformi. *Ag. melleus* Seer, cum nostro convenit, sed *Ag. melleus* Schæfferi longe distare videtur. Melius convenit *Ag. ocior* PERS. et optime figura Battarræ supra citata.

Tab 6? fig ... et minorem *Ag. extuberantis* ante oculos ponit.

## CXXVIL AGARICUS MYDSURUS FR.

*tiyst. Myc. I. p. 132. Monogr. p. 158. WaMenb. Suec. n. 1.904. Seer. n. 653.*

*Diagn.* Dollybia pileo carnosulo, orbiculari, planiusculo, obtuso, glabro, lsevi, rufo; stipite subtiliter fistuloso, radicato, aequali,- rufescente, apice albo-pnlvi'Tiilerito; Inrrii·His liberis, linearibus, confertissimis, albis.

Frequens ad terrain in pinetis SueciaB Lapponiam usque. Utiam in Rossia, Germania, Helvetia lectus.

*Descr.* Stipes cartilagineus, tenax, subtiliter fistulosus, filifonnis. imcialis, sed radice. aeque longa, vulgo *glabra* auctus, apice albo-pulverulentus, ceterum glaber.. Pileus leviter carnosus, tenax, primo cDnvexus, at mox applanatus, orbicularis, \ unc. et ultra latus, obtusus, laevis, glaber, si ecus, plus minus rufus. Lamellae liberal, admodum confertte, planEE, quaternatse, alba?. Exstat var. pileo rufolivido, pileD subumbonato, *Ag. comgeno* accedens.

Tab. 155 fig. 4. im agin em *A. myosuri* priebet.

## CXXVIII. AGAEICUS CONIGENUS PKRS.

*Pers. syn. p. 388. Syst. Myc. I. p. 152. Monogr. I. p. 158. Berkl., Weinm., Seer. etc. — Buxh. I. t.* 67 *fig. 2.*

*Diagn.* Dollybia pileD carnosulo, planiusculo, inaequali, subumbonato, glabro, expallente; stipite subtiliter fistuloso, tc3naci, pulverulento, pallescente, radice strigoso-fibrillosa; lamellis liberis, CDnfertissimis, pallescentibus.

In pinetis ad conos Pini et prascipue Abietis Europe totius vulgaris; plerumque gregarius.

*Descr.* Stipes cartilagineus, subtiliter fistulosus, tenax, nunc uncialis, nunc ad 2—3 unc. elongatus, totus filiformis, pileo concDlor, undique primitus pulverulentus, demum vero subnudus, basi cauda strigosa radicatus. Pileus leviter carnosus, firmulus, e convexD planus, subumbonatus, versiformis, ssepe angulatus etiain depressus, ½—1 unc. latus, glaber, colore admodum varius, e testaceo-gilvD lividus, immD griseus et albicans, udus margine strintulus- LamellaB prioris, at pallescentes.

*Ag. myosuro* maxims affinis, ut lingeres varietatem c loco personatam. Interea habitu et pluribus differunt notis. Vulgatae speciei deest icon excepta rudi haud fucata *Euxbaumii.*

Tab. 57 fi£. 3. *Ag. conigenum* proponil.

## DXXIX. AGARIDUS CIRRHATUS PEKS.—SCHUM.

*Schum. SaelL n. 17.93. Epicr. p. 89. Monogr. I. p. 159 et plurr. Auct. recent.*
Ag. tuberosus v. cirrhatua. *Pers. syn. p. 374.*

*Diagn.* Collybia pileo carnQSulo, piano, sericello, demum umbilicato, stipite subfistuloso, aequali, pulverulento, radice torta fibrillosa; lamellis adnatis, confertis, angustis, albis.

Ubique inter muscos, quisquilias et in fungis putridis catervatim nascens.

*Descr.* Quoad magnitudinem et staturam maxime varius, at semper pusillus, tenax, albidus saspequt) rufescens. Stipes subtiliter fistulosus, ut tubus centralis saepe a3gre conspiciatur, 1—*2* unc. longus, filifonnis, saepe flexuosus, pallidus, albo-pulverulentus, cauda torta, fibrillosa radicatus. Pileus leviter carnosus, e conico-convexo planus; medio demum umbilicatD-depressus, rufescens sacpe cum mammilla centrali; a magnitudine aciculae expanditur in 5—5 linearum latitudinem, *sericrilus,* demum subtilissime et saepe concentrice rivulosus, albus, opacus. Lamella adnatae, quo hie a duobus praecedentibus clare ditfert, confertte, lineares, peranguste, valde inaequales, alba3.

Dum duDbus prrecedentibiis, *Ag. tuberoso* et *racemoso* stirpem sistit distinctissirnam, a sequentibus stipite pulverulento etc. facillirne distinctam. Praicipue cavendum ne *Aq. ocdlatus* cum *Ag. eirrhato* confundatur.

Tab. BB fig. 1 sistit *Ag. cirrhatum.*

## CXXX. AGARICUS MICHELIANUS Fit.

*Fr. Obs. 11. \>- 146. Epicr. />. 'r!4. Monogr. I. p- 168. Seer. p. 747* a. *Mich. gen. t. 73. f. 3.*

*Diagn.* Collybia Candida, pileD submembranaceu, convexoplano, obtuso, glabrD, margin e striatuli); stipite farcto, firmo, strictD, nudo, basi subincrasaato; lamellis adnexis, confertis, an^ustis.

In radicibus graminum seriatim, at rarior species.

Parvus, g-regarius 1. potius seriatim nascens, totus tandidus. Stipes obsolete iistulosus, uncialis, lineam fere crassus, firmulus, strictus, aequalis, nudus (numquam pulverulentus), glaber, excepta basi villosa. PIIPUS carnosulus, sed admodum tennis, tenax, e convexo planus, obtusus, A llil(·'. latus, glaber, udus margine striatulus. Lamellse adnt'X'' confertae, angustae, integerrimae, constanter .albce.

^c cum duobus seijuentibus, *Ag. floridv* pulcherrinn•" *ocellato* peculiarem sistunt stirpein stipite nudo aliisque u' a pvoecedentibus distinctam.

·Tab. B8 tig. 2. *Ag. Mivhelianum* reprBseiitat.

## CXXXI. A&ARICUS MUSCIBENUS SCHUM.

*Schum. Saell. 2. p. 307. Fr. Sj/st 1. p. 145. Monogr. T. p. 168. Ft. Dan. t. 2023. f. 1. Weinm. Seer. Mich. t. 73, /. 4.*

*Diagn.* Coflybia Candida, pileo submembranaceo, conviixo-plano, obtuso, leevi, glabro; stipite far cto, set a ceo, flaccidD, nudo; lamellis adnatis, subconfertis, linearibus.

Inter muscos, pra&cipue ad basin truncorum.

*Descr.* Stipes ob tenuitatem farctus apparet, uncialis et ultra, capillaris, flaccidus, saepe flexuosus, glaber et nudus, basi subradiqans. Pile.us submembranaceus, e globoso hemisph^ricus explematusque, obtusus, 2—3 lin. latus, pellucidus, Ia3\is, glaber, maruescens, inargine integro persistent^ ^ numquam revoluto. Lamella adnatse. subconferta;, lineare-s alternae breviores, acie integerrima.

Unica species cum qua confundi posset est *Ag. <inycen# capillaris*, diversa lamellis latioribus, distantibus. Spat o Yn cuo novam dedi iconem comparationis gratia cum proximis.

Tab. G8 fig. 3. *Ag. mmtigmum* nilumhmt.

## CXXXIT. A&ARICUS LUDIUS FK.

*Fr. Kpicr. p. 44. Monogr. I. p. /fif),*

*Diagn.* Collybia Candida, pileo inembranacuo, tenacello, e conveXD piano,. subumbonato, dein revoluto undulato-difformi, lobatoque; stipite fistuloso, capillari, nudo, radice repente fibrillosa; lamellis adnexis, liniiaribus, subdistantibus.

Inter ramenta lignea, serraginera in hnrto olim legi. Nuperius inter muscos in pinetis.

*Descr.* Valde gregarius et fasciculatus, rnycdio fibrilloso albo intra matricem late repente, totus lacteus. Stipes angustissime fistulosus, (tubulo non nisi lente conspicuo); unoialis et ultra, capillaris 1. cumplamitus lineain latus, glaber, tenax, flaccidus; saBpe adscendens et tortus. Pilsus membranaccus, primitus convexus inargine involute, obtusus, dein expansus et revolutus, maxime°undulato-difformis, subumbonatus, laevis, glaber, non hygrophanus. Lamella attenuato-adnexa3, subdistantes, tenella;, immixtis paucis dimidiatis.

Exstat varietas major, pileo camoaulo, uinbonato.

Tab· r›8 fiff— t ›nl *Ag* ^ · ^ pertinet

# DOLLYBIAE TEPHMPHANAE.

olore obscuro, lamellis griseis 1. fuligineis distinctai.

* *Grraveolentes.*

## CXXXIII. AGARICUS RANDIDUS Fu.

*Syst. Myc. I. p. 141. Epicr. p. flō. Mono jr. 1. p. 170. iVeinm. Boss. p. 104. Secret n. 656.*

*Diagn-* Collybia graveolens, pileo carnosulo, "e convexo piano, umbonato, lsevi, tenaci, indumentD sericello albido irrorato; stipite fistuloso, stricto, rigido, radicato, glabro lamellisque liberis, confertis, angustis, cinereis.

In pinetis ad terrain per plurimas Sueciae provincias haud rarus; in Scania quoque lectus in silvis frondosis ad truncos. Deterum in Rossia, Grermania (Wirtgen), Helvetia lectus.

*Descr.* Ddor farina recentis fprtis, subrancidus. Stipes tistulosus, rigidus, strictus, 3—5 unc. longus, 2 lin. crassus, ajqualis, laevis, glaber, lividus; radice longa, fusiformi, villosa. Pileus cartilagineo-carnosus, tenax, e convexo planus, late et obtuse umbonatus, Ia3vis, glaber, diu irrigatus viscidulus, 1—2 unc. et ultra latus, plumbeo-niger, fuligineus, expallens at non hygrophanus, primitus rore sericello-pruinoso velatus. Lamellee liberae, confertse, august^ sit v^ntrii'Dsvi^, obscure cinereae, subpruinosse.

Singularis hujus varietas *bnllata,* stipite 2 unc. longo, radice brevi, pileo bullato, repando, 2ⅰ unc. lato, circa umbonem depresso et extra hunc jugo elevato cincto, nitido, ferme nigro; lamellis linearibus, venasis et venis connexis, fuligineis, albopruinosis inter typicum passim occurrit. Cum sequente non commutandus.

Nobilis h^c species sistit typum peculiaris stirpis odore facile recognoscendse. Ad hanc stirpem etiam pertinet *A.g. putidus,* sed stipite nullo modo cartilagineo-corticato, sed iibroso-molli, quare optima TricholDinatis species. Ddor *Ag. inolmtis* minus fortis, ssepe obsoletus, at sine dubio ad Rancid orum stirpem referendus.

Tab. 69 tig. 1. *Ag. rancidi* icon.

## DXXXIV. AGARICUS CORADINUS FR.

*Epiur. p. 95. Mvnogr. I. p. 170.*

*Diagn.* Collybia graveolens, pileo carnosulo,- convexD-expanso? nudo, hygrophano; stipite cavo, rigido, arrhizo, sursum albo-farinoso, subsquamuloso; lamellis adnexis, secedentibus, vix confertis, lafiusculis, albido-griseis.

Locis graininosis silvarum prsecedente rarior; pluries uirca Upsaliarn lectus. In Britannia, BERKL.

*Descr.* Odor farina; recentis forris. Stipes csivus, eximie cartilaginous, junior rigidus et tenax, deinuin fragilis, ut plurimum cDmpressus, difformis (etiam lacunosus obvius) U unc. longo*us, 2 lin. latus et comprimendo latior, sursum subattenuatus et arrhizus, fuseescens, apice squamulis albis farinosus. Pileus sub earnoso-cartilaginous, e convexo expansus, nunc umbonatus, nunc depressus, stepe difformis et undulatus, 1A unc. et ultra latus, laevis vel circa margin em rugosus, glaber, vegetus fuscus et nitens, exoletus et siccus griseus. et opacus. Lamella obtuse adnatae, secedentes, ut saepe liberae appareant, latse, vix confertse, priniD distinctse, dein #prsecipue in individuis difformibus* venoso-connexsE, albido-grisea3.

Singulis partibus a priore differt ut u detinitionibus datis apparet. Ab utroque clare differt *Ag. Ozes* Epicr. 1. c, etiam graveolens, pileo glabrD hygrophano, udo griseo-fusco, sicco argillaceD-fuscescente; stipite laxo arrhizo, fragili, apice pruinoso; lamellis abatis, subventricosis, *fuligineo-olivaceis.* Dolemus nobis haud adesse iconem. Lectus est in pinastretis Smolandiae ad Femsjij, sero Octobri.

Tab. B9 fig. 2 nil *Ay. coracinum* per **tin** tit.

## CXXXV. AGARICUS INOLENS FR.

*Epiur. p. 96. Monogr. I. p. 171. Cooke Brit. Fung. p. SI.*
**Ag. Zepbirus var.** *Weinm.l Ross. n. 183.*

*Diaan.* Collybia subolens, pileo carnosulo, e campanulato-cLexo expanso, umbonato, glabro, hygrophano, marginB striatulo; rtipit* e farcto fistuloso ngid», undulato, basi albostrigoso, apice albosquamuloso; lam.lhs adnsxis, seuedentibus, confertis, albido-gnseis·

— "r " " lodue ^ninosis campestribus per inaxi- J^ partem, at "minus frequens; Upsali* vero copiose v. c. ad pedes montium Gottsundfjnsium.

*Descr.* Stipes ... rio—du^ subtiUter fistulosuSj demum vero ,us 9^_3 unc. lono-us, 1—H lin. crassus et mo ^rutior^qualis/in supei-ficie undulatus, lividus, CDmPr T2s cenf basi albostrigosu, apioequB albo-squamulo- aiccus palesc^bas^ ^ ^ carJagin eus ut priorum, e *Pileus* campanulato convexus planusque, ut plurimum obtuse et late-umbonatus, 1—2 unc. latus, glaberrimus, hygrophanus, udus lividus, siccus albo-pallescens facie sericella at opacus, margins primo inflexo, dein expanso striato, rarius siuiUl undulato. Lamellae adfixaj, secedentes, 1—2 lin. lato, subimbricatae, albido-griseae.

Inter Gollybias rancidas restat *Ag\ mephiticus,* apecit" nobilissima, statura a reliquis prorsus recBdens. Stipes obsolete fistulosus, filiformis, flaccidus, cinereus, undique albis pruinato-velutinus. Pibus carnosulus, convexo-planus, ^—f unc. latus, adpresse et lsevigato-sericeus, cano-albescen^. Lamella primo adfix*, dein subliberre, confertae, albidie. D farinas recentis, admodum fortis. Nascitur supra ramulos et folia Abietis, una vice, at oopiosissime lectus.

Singularem *Ag. inolerUis* varietatem paulo majomn pil«» umbonato BX Ostrogothia misit v. POST. Desunt not. suffix entes ai hanc specie distinguendam. Dfr. t. B9. f. 4.

Tab. B9 fig. 3. *Ag. inohntem* slst,t.

** *Inodorce.*

## CXXXVI. AGARIDUS PRDTRADTUS FR.

*Epicr. p. 97. Monogr. /. p. 173. Uvoke Brit. Fung. p. 62.*

*Diagn.* Dollybia pileo submembranaceo, e convexo piano nitido; disco carnosulo, depresso, siibpapillato, obscuriore, margine striato; stipite fistulosD, laevi, glabro, griseo radice longa fibrilloso-strigosa; lamellis adnexis, ventricosis, latissimis, griseis, subtiliter albo-pruinosis.

Ad terram in pinetis circa Upsaliam rarius. Etiani in Britannia, teste BERKLEY, lectus.

*Descr.* Inodorus. Stipes subtiliter fistulosus, eximie cartilagineus, sed demum mollis, supra terrain 3 unc. longus, 1 lin. crassus, strictus, laevis, glaber (haud pulverulentus) livido-grisBUS, infra terram productuS in radicem deorsum attenuatam, fibroso-strigbsam. Pileus submembranaceus, e convexo planus, disco carnosTilo, depresso ssepe cum umbonia centralis rudimento, vix unciam latus, griseo-fuscus, nitens, margine dilutiore inanifeste striato. Lamellae adneX- maxima ventricosae, postice quasi truncatse, 3 lin. et ult" lat*, subdistantes, grise33, subtiliter albo-pruinosse.

Species insignis, aimodum distincta vix cum alia coinparanda praster *Ag. protuberantem.* Remotior adest affuit« cum *Ag. plexipede,* sei liujus stipBs brevior, firmior, e fibril^ implexis, ·arete adpressis sericeo-fibrosus, quo ab oinnib>^ diffiirt. Pileus insuper cdmpanulutus, fere Mycente; la-meUn' liberai. Ha3c species nascitur in fagetis circa truncos; etim in Britannia lecta, teste COOK, *Br. Fung. p. 61.* Dolendu»» hujus nullam existere bonam iconem; *Fbrce Dan. t. 2023, f-* nullo modo eharacteristica.

**Tab. B7 tig. 2.** ***Ay. protractwn*** **illustrat.**

## CXXXVIL AGARIDUS TESQUORUM Fii.

***Monogr. II. p. 2,90. Vet. Akad. Förhandl. 1867.***

*Diagn.* Collybia pileo cariioso-membrairacLiu, convexo, obtuso, lsevi, fuscD-nigro expallente, stipite fistuloso tenui fusCD, apice pruinoso; *lamellis liberis,* ventricosis, *subdistantibus,* cinereo-fuscis.

In campis et collibus graminosis apricis circa Upsaliam, v. i\ ad arc em regiam, pluries lectus.

*Descr.* Stipes fistulosus, sesquiuncialis, lineam baud attingens, subfiliformis aequalis, flexuDSUs, glaber, fuscus, apice farinosus. Pileus carnDSo-membranaceus, firmulus, convexus, obtusissimus, glaber, exstrius, 3—5 lin. latus, fusconiger. expallens. .Lamellae omninD liberae, valde ventricosse, 2 lin. latse, subdistantes, cinereofuscse. Odor nullus.

Lamellis liberis, latis hie e proximis facile dignoscitur. Variis notis accedit ad *Ag. murinum,* qui vero multiplo major, stipite iibrillosD nee pruhiDso, pileo impolitD, lamellis adnexis facile dignoscitur. Hoc loco add ere liceat descriptionem nova; subsimilis speciei:

*Ag. {Collybia) glacialis.* Dense csespitDSUs, subaquosus, fragilis. Stipes fistulosus, a basi attenuatus, \\—2 unc. longus, 1—2 lin. crassus, glaber, haud pruiiiDSUS, aquose griseus. Pileus leviter carnosus, ex hemisphserico convexus, obtusus, *I*—li uric, latus, Ia3vis, glaber, hygrophanus, vegetus obscure fuscus, siccus sordide canus. Lamellae liberse, confertae, vix ventricosse, grisege. Lectus est in terra congelata ad Bergsbrunna exeunte Aprili et ad Knifsta 5 Maji 18 58 *). Externa caespitis individua frigore congelata, in meiio nuper enata vegeta. Fragilitate ab omnibus vicinis differt. Icon desideratur.

**Tab. 70 fig. 1.** ***Ag. Usquorum*** **spectat.**

*** E terra congelata ceterum *A^jaricum humosum* et *Ag. esculentum* enatua tantum vidimus.**

## CXXXVIII. A&ARICUS MISER FR.

***Fr. Vet. Akad. FörhandL 1861.- Monogr. Hymmom. II. p. 290.***

*Diagn.* Collybia pileo carnoso-membranaceo, e convexo piano, subumbonato, glabro, margihe striatD; stipite fistulosD, sequali, fusco, apice farinaceo, *lamellis adnatis, confertix,* cinereis.

Species iiu prsctervisa, per ultimos annos copiosissime lBcta multis locis in Uplandia, Ostrogotia etc. Optimc viget Octobri.

*Descr.* Gregarius, tenax, inodorus. Stipes eximie cartilagineus, admodum fistulosus, 2 unc. 1. paulo ultra bngus, linearn crassus, ssepe leviter flexuDsus, laevis, fuscus, apice albo-farinosus. Pileus tenuiter carnosus, e convexo planus, numquam depressus, at saepe umbonatus, unciam vix latus, glaber, udus cinereus, margine striato, siccus vero canus et **lævis.** Caro tenuissima, concolor. Lamellae adnatse, lineam 1. paruin ultra latae, confertae, vix ventricDsae, cinerese.

Species clare distincta, haud ignobilis, ut e nomine facile fingas. Inter Dollybias potissimurn comparandus cum *Aq. erosv,* qui vero totus mollis, valde hygrophanus, pileo lentiformi-globoso umbiliciito, lamellis eximic emarginatis abunde distin ctus.

Potius confundi posset cum *Ag. mortuoso,* at hie manifeste Clitocybes species stipite haud cartilagineo, toto fibroso, apice nudo; pileo plan D-d epr ess o, umbrinD, siccD alutaceo 1. rarius fulvello, lamellis angustis, albis.

**Tab. 70 fig. 2.** ***Ag. miswem*** **depingit.**

## CXXXIX. AGARIDUS ATKATUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 168. Epicr.p. 98. Monogr. I. p. 175. Weimn. Ross. p. 87. Berkl. Outl. p. 120*

*Diagn.* Collybia pileD carnosulo, plano-depresso, umbilicato, lam, glabro, nitente, margine convex*; stipite farcto, tenaci, curto, glabros extus intusque fusco; lanielhs adnatis, latmscuhs, griseo-albidis.

Ad terram apricam, nudam in vaii. bue** pr.vm.ns stepe lectus, ut etiam in terris adjacentibus. Seratmus.

*Descr.* Species pumila, sed firma, inodora. Stipes faretus, demum fistulosus, eximie cartilagineus, tenax, curtus, vix uncialis, 1-2 lin. crassus, B^ualia 1. sursum inerassatus, l.evis, glaber, extus intusque fuscus. Pileus leviter carnosus, tenax, disco plano-depressus, numquam papillatus, marginem versus convexus, ljevissimus, orbicularis, unciam et ultra latus, diutius irrigatus viscidus, udus piceo-ater et nitens, siccus fuscus. Lamellae adnatae, vix decurrentes, primo arcuatte, dein planse, subdistantes, ex albido grisete, sordidse.

Species inter Collybias et Omph a1' •" ıı · ı L.B; hi accedit pileo depressd, sed W11* LnTecuvJn^ Affim vero species non inter Collybias, sed Dmphalias augend. v. c. in ^. *mauro,* facile distincto pileo profunde umbilicato, udo striato, sicco sericeD-nitent; *l,ZZ7L* decurrentibus, confmtissimis, candidis.

Agarieus atratus locis ad t' " rd ı' non stricte adscriptus ut s I, ! ! " ^nte um obvms>. at _*. *thardlus carbonarius* ^pW ' ^ ' ^ W M I M , U* quoque occurrunt *An* M M n , Pezizæ euc. Locis adust.s s ^ ' specierum accurate indi t ıs, *Ganobrunn*TMs,*P*TM*natus*.. Stati' xime sublevat. specierum determination em ma- ca a

**lab. 7L> fig. i.** *Ag. atrcti* **pr ebet imaginem.**

## DXL. AGARICUS AMBUSTUS FR.

*Syst. Myc. p. 157. Epicr. p. 97. Mor,0gr. I. p. 175*

*Diagn.* Collybia pileo submembranaceo, convexo-plano, *papillato, striatulo,* hygrophano, stipite subfarcto, tenaci, brevi, livido, lamellis adnatis, confertis, lanceolatis, albo-fuscescentibus.

Ad terrain deustam, carbones in Smolandia frequens. Etiam in &ermania. LASCH.

*Descr.* Pusillus, tenax, ssepe gregarius, inodorus, totus fuligineus. Stipes farctus, demum fistulosus, vere cartilagineus, strictus, unciam loiigus, raro ultra, lin earn, haud crassus, livido-fuscus, junior pruinosus, adultus nudus. Pileus submembranaceus (prioris multo tenuior), e convexo planus, demum depressus, *papilla minuta umbonatus,* uncialis, glaber, primo fuscus et laevis, dein striatulus fusco-lividus, margine primitus involute certa CollybiEe species. Lamella adnatse, -dente decurrente, conferte, planse, angustje, fuscescentes.

Stations cum priore sa;pe convenit, sed, ut e notis datis elucet, certe distincta. Ut prior ad Omphalias hrec ad Mycenas ac^udit. *Ag. a tl hily* descriptione et specim f co^ . * LASCH Linn. IV. JI. 0 lamellse di«+nn+a 1R b US miss^s a[1 hunc referendus, *se* tM Pra5«dBntem spectare videritur.

**Tab. 7[) f. 4.** *Ag. ambustum* **depingit.**

In Musau> Acad Scientia TUm Hohniensis sequen Collybia; insuper de ^^

*Ag. radicatus* , *I* , * eXStant: *cms, asemus, velutipes* *Pa yP yllus* '"wafw, *maculatus, but}j<*\ *mosus, xanthopus* *fo'* *yophil* *Confluens> cauticinalis, tuberosus,* ?'" *davits, ocellatus* '[Bull "*' *^enacellus, esculentus stolon'<*"" *tylicolor*. Cum *h* t , 5S9 . f_ 1_ H_ P.) *murinus, clwfH* censeo superfluj01,11111 jam eXatent iconBS sat bon»3 novæ

# DMPHALIA.

Stipes car til agin eus. Pileus umbilicatus. Lamellae vere decurr Bnte.5. Omnes inodorge sunt.

I. DOLLYBARII: pileo demum infundibuliformi, margine primitus involuto.

* *Hydrogrammi:* lamellis angustis, confertissimis.

## CXLI. AGARIDUS HYDROGRAMMUS FK.

*Syst. Mycul. I. p. 16i). Epicr. p. 120. Monogr. I. p. 179. Que'let jur. p. 218.*
Ap-. streptopus et orthopus *Pers. Myc. Eur. p. 107.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, umbilicato, demum infun dibulif ormi, flaccido, glabro, hygrophano, marline striato; stipite fistulosD, laevi, glabro, subcompresso, basi radicato, hirtD lamellisque decurrentibus, confertissimis, livid o-albis.

Locis humidis inter folia coacervata et putrescentia (Fagi praecipue) in Suecia meridionali et Europa media.

*Descr.* Subcsespitosus, unicolor, udus lividus 1. albido-lividus, si ecus albescens, in [JUD statu cum *Ag. phyllophilo* confusus. Stipes eximie cartilagineus, cavo-fistulosus, 3 unc. longus, 2—3 lin. crassus, glaber, sed basi radicatus et albo-barbatus, pr^cipue in varietate *streptopoda;* mine brevior teres rectus, nunc elongatus, saepe decuinbens et compressus, undulatus, apice nudus. Pileus submembranaceus, flaccidus, profunde umbilicatus, 2 unc. et. ultra latus, eximie hj'gro-phanus, limbo mox patente, subundulato, striato. Lamellae longe decurrentes, confertissimse, perangustae, arcuatae, valde inaequales, integerrimae.

Hydrogrammus hie Agaricus est dictus e pileo valde hygrophano et in statu udo striatD. In statu si ceo albescit, ijuare haud dubito quin hujus loci sit *A. hydrogrammus* Bull. t. 5S4 f. A. Reliquae figurae ad species valde diversas referenda.

Species *A. hydrogrammo* proximo sunt *A. chrysoleucus* et *ventosus* coloribus facile distinctse. Dolorem aquose albidum 1. lividum hygrophanum ars pictoria aegre redd ere pot est, quare obscurior apparet, quam in statu udo est.

Tab. 71 **A. liydrogrammum* dspingit.

## CXLII. A&ARICUS DUMOSUS FR.

*N. sp.*

*Diagn.* Omphalia pileo submeinbranaceo, e convexo planD, leviter umbilicato, testaceo-rufo versus marginem striatD; stipite fistuloso, glabro, concolori, lamellis leviter decurrBiitibus, confertis, pallidis.

In silvis dumetosis circa Upsaliam rarius.

*Descr.* Solitarius, statura et magnitudine varians. Stipes cavo-fistulosus, a basi leviter attenuatus, 2—3 unc. longus, 2 lin. crassus, lsevis, glaber, testaceD-rufus, basin versus obscurior, brunneus. Pileus submembranaceus, e convexo upplanatus, regularis st parum tantum umbilicatus (quo a proximis nlox dignoscitur), 1—2i unc. latus, e magna parte pellucido-striatus, glaber, testaceo-rufus. Lamellae multo minus decurrentes et confertae quam in proximis, plan®, albidae.

Coloribus proxime accedit ad *A. ventosum*, cum quo jungere in mente fuit, at statura longe alia, ut potius cum *A. umbilicato* comparetur. Etiam quaedam figurse *A. hydrogrammi* Bull, ad hunc pertinere videntur. *Ag. hydrogrammus* Bull, est species maxime collectiva. Fig. C. D. 0. ad nullam mihi obviam speciem referre licet. Fig. G; H ad Ag. Dyathiformes pertinere videntur.

*Ag. ventosus*, cum quo praesens confusus fuit, pileo profunde umbilicato, demum infun dibulif ormi, lamellis longe decurrentibus et colore carneo facile distinctus. Est quasi forma gigantea *Ag. pyxidati.* Hunc tantum in fagetis Sueciae meridionalis legimus.

Tab. 72 f. 1 *Agaricum dumosum* vefert.

## CXLIII. AGARIDUS DETRUSUS FR.

*FT. Monogr. II. p. 291.*

*Diagn.* Dmphalia pileo subcarnoso, B convsXD umbilicato stipitsque firmD, mox cavo, glabro obscure cinBrBis; lamellis dente decurrentibus, tenuibus, confertis, albidis.

In silvis circa Rsymyra DstrDgotiae legit H. VDN POST, i|ui specimina et icon Bin communicavit.

*Descr.* Habitus hujus spsciei est Clitocybis, at stipitB cartilagiiiBD facile distinguitur. Stipss junior farctus, dsin cavus, firmulus, 1—1A unc. longus, 2 lin. crassus, sursum attenuatus, laevis, glaber, obscure cinereus, fere nigrescens, basi vero albicans. Pileus leviter carnosus, primo cDnvexus, dein umbilicatus, 1—2 unc. latus, lasvis, glabsr l>x icont subzonatus), obscure cinereus. CarD alba. Lamella subhorizontalss, levitBr st dente modo decurrentes, lineam circitLi lataB, tenues, admodum confertiB, albid^.

*Agarims. umbilicatus* SCH^FF. t. 2D7 nostro proxinius differt colore livido, sicci albicante, stipite apice sBricei). pileo primitus umbilicato. Statura ^UO^UB convsnit cum *A-dumoso* supra descripto, at e descriptionibus collatis differentia patet.

**Tab. 73. f. 1 *Ag. detrusum* exhibet.**

## CXLIV. A&ARIDUS MAURUS Fit.

***Syst. Myc. I. p. 168. Epicr. p. 121. Monogr. I. p. 181.***

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, convexD, umbilicato, glabro, striato, hygrophano, sicco ltevi sericeo-nitente; stipite subfistuloso, tenui, rigido, strictD, nigricante; liimellis decurrentibus, confartissimis, candidis.

Locis paludosis deustis hanc elegant em speciem sub duplici forma pluries legi. In Fennia KAUSTEN.

*Descr.* Stipes eximie cartilagineus, subcorneus, rigidus, fragilis, primo flocculoso-farctus, dein fistulosus, 1—2 unc. longus, lineam vix crassus, glaber, fuligineo-nigricans. Pileus submembranaceus, typice hemisphaericus, at late et profunde umbilicatus, circa margin em late runexus, unciam 1. paruui ultra latus, glaber, hygrophanus, udus striatus fuligineus, siccus lEEvis, sericeo-nitens, lividus. Lamella? utrinque attenuate, acute et longe decurrentes, confertissims, candidte.

Formam supra descriptam typicam non ade'sse pictani dolemus, sed ad hanc speciem sine dubio spectat var. *planiuscula* pileo firiniore, vix striato, piano, lamellis leviter decurrentibus.. HEEC forma. cum *Ag. atrato* facile confunditur, a quo lamellis conf ertissimis^angustis, candidis bene distinctus.

**Tab. 73. f. 2 sistit *A. mauri* variletatBm *planiuscu lam.***

## CXLV. AGARICUS LITUUS FB.

***Epicr. p.-121. Monogr. 1. p. 180.***

*Diagn.* Dmphalia pileo submembranaceo, piano, profunde umbilicato, "demum infundibuliformi, laevi, hygrophano; stipite fistuloso, gracili, striatD lamellisque vere decurrentibus, confertis, angustis cinereis.

In pinetis ad terrain locis gramiiiosis dispersus nascitur raro, at circa Upsaliam pluries lectus.

*Descr.* Stipes primo flocculoso-farctus, mox fistulosus, ad 3 unc. elongatus, a basi subincrassata hirta attenuatus (at variat basi attenuata radicatus), saspe flexuosus, teres, longitudinaliter *striatus,* cinereus. Pileus leviter carnosulus, primo planus, profunde umbilicat T tUS lnfunilbul1, formis, unciam 1. parum ultra latus, uuu nitens, cinereo-spLicel, siccus vero Sordlde alutal>eus Lamella, vere decurrentes demum rectæ, confertæ, angustæ, integerrimæ, .bscure t l eæ.

Ab omnibus vicinis dignoscitur stipite elongato striatoque iameiiis obscure cinereis. Basis strigosa insignis ut tn exemplaribus pictis, *** semper tam

**™- 72. f. 2 *A^rivi Litui u* :onem antB oculos poirit.**

## CXLVI. AGAMCUS DFFUDIATUS FR.

*Epicr. p. 121. Monogr. I. p. 181.*

*Diagn.* Omphalia pileo carnosulo, e convexo plano-depresso, laevi, glabro, hygrophano; stipite fistuloso, tenaci, glabro, rubello; lamellis decurrentibus, tenuibus, confertis, rubellis.

Duas hujus legimus formas, alteram in aj or em in fagetis **Smolandiæ,** alteram minorem in pinetis circa Upsaliain.

*Descr.* Stipes eximie cartilagineus, fistulosus, 1—2 unc. longus, 1—2 lin. crassus, aequalis, junior teres, dein cDmpressus, glaber, rubellus, apice saepe sed obsolete pruinosus. Pileus carnDSulus, e convexo plano-depressus (nee ita profunde umbilicatus ut in praecedentibus), uncialis, lsevis, glaber, hygrophanus, carneus, senilis et siccus expallens, fere albicans. Lamella? minus decurrentes, primo arcuataB, dein rsctae, cDiifertae, pileo concolores.

Hsec species a praecedentibus longius distat pileo vix uinbilicato et modo depresso. Major forma ad *Ag. dryophilum*, minor ad *A. carneolum* accedit; lamellis vero decurrentibus ab utroque facile dignoscitur.

Tab. 72. f. 3 adumbrat *A.' ofuciati* formam minorem.

## DXLVII. A&AHICUS SDYPHOIDES Fa.

*£yst. Myc. I. p. 163. Epicr. p. 122. Monogr. p. 181. W?inm. Ross. p. B4. Que'let jur. p. 64.*
Ag. inconspicuus *Lasch n. 215.* — *Kg.* buccinalis. *Seer. n. 1021.*

*Diagn.* Omphalia Candida, pileo submembranaceo, ex umbilicato. infundibuliformi, inaequali, laevi, sericeo; stipite farcto, brevi, subvilloso; lamellis decurrentibus, cohfertis, **angustis.**

Ad terrain locis muscosis in campis apricis post intensas pluvias per plerasque regiones, etiam Americae.

*Descr.* Col ore can dido nee hygrophano ab omnibus hujus sectionis diversus, sed admodum multiforinis. Stipes tarctus, curtus, A unc. circiter longus, lineam crassus, sequalis, subvillosus, flexilis nee rigidus. Pileus submembranaceus, pnmo umbilicatus, dein infundibuliformis, bene explicatus unciam latus, inaequalis, limbo patente, at vulgD pusillus, 4 lin. modo latus, excentricus et flexuosus, e fibrillis subtilibus longitudinaliter adpressis sericeus et laevigatus. Lamellae vere decurrentes, tenues, confertae, angustissimtE, lineares.

Inter Dmphalias nulla exstat affinis species, nam *A. scyphiformis* concolor omnibus partibus differt. Major adest affinitas cum *Ag. Pleuroto mutilo,* qui vero differt pileo carnosiori, subdimidiato, reniformi 1. spathulato, stipite sublaterali glabro, lamellis crassiuseulis minus confertis.

Tab. 75. f. 2 *Ag. scyphoidem* spectat.

### ** *Epidiysii:* lamsllis leviter distantibus, linearibus.

## DXLVIIL AGAKIDUS CHRYSOPHYLLUS FR.

*Syst. Myc. I. p. 167. Epicr. p. 122. Monogr. I. p. 181.*
*Ag.* Epichysium iJ. *Alb.* et *Schw.?*

Ad ligna putrida Pini in Suecite silvis montanis frequens, raro in campestribus. Dopiosissimum legi in acervis serragiuis ad molas ligneas. In Carolina CURTIS.

*Descr.* Stipes tenax, mox fistulosus, 1—2 unc. longus, 2 lin. crassus, aequalis, e situ subincurvus, laevis, glaberri-^us, basi villosa subradicatus, aureo-vitellinus. Pileus submembranaceus, flaccidus, jam primitus profunde umbilicatus, limbo patente subreflexo, 1—2 unc. et ultra latus, *flocculosus* et sajpe squainosus, valdo hygrophanus, udus luteofuscus, siccus iilutaceo-ninus 1. ennu-albidu.s. Lamella) vere decurrentes, leviter distantes, distincttE, persistenter aureo vitellinae.

Elegantissiina Oinplialiae species e stirpe *A. Epichysii,* cum quo Albertini et Schweiniz conjunxisse videntur, a quo tarn en longe distat. Nee alia exstat species, qua cum confundi potest.—*Ag. trichwus* P., in eadem statione lectus, omnibus hodiernis mycologis ignotus, recedit pileo carnoso, piloso, lamellis dente modo iecurrentibus. Inter *A. chrysopkyllum* et *decorum* inedius.

Tab. 74. f. 1 *Agaricum chrysvphyllum* adumbrat.

## CXLIX. AGARICU5 PDSTIJ FR.

*Fr. Monogr. II. p. 291.*

*Diagn.* Dmphalia pileo membranaceo, umbilicatD, glabrD, aurantiacD, margine striato; stipite fistulosD, lsevi, glabro, flaVD; lamellis longe decurrentibus, linearibus, subdistantibus, albidis.

Locis paludosis in Dstrogotia lectus ab H. VON POST.

*Descr.* Ad definition em supra datam paucamodo adders licet. Stipes 3 unc. longus, lineam et ultra crassus, eximie aequalis, strictus, pallide flavus. Pileus non aquosus nee siccitate flocculosus, primitus umbilicatus, dein depressus, marginem versus convexus. Lamellae lineam latre, arcuatse. Dolore laeto pilei aurantiaci facile dignoscitur.

Quoad colores *A. Postii* similis est *A. (Nolanea) cetratus,* qui sporis roseis abunde est distinctus.

Tab. 74. f. 2 *A. Postii* icDnem ante oculos ponit.

## CL. AGARICUS LEUCDPHYLLUS FR.

*Fr. in Vet. Akad. Förh. 1851 p. 45. Mvnogr. I. p. 183.*
Ag. Epichysium v. leucophylla *Alb.* et *Schwein.*

*Diagn.* Omphalia pileo submembranaceo, infundibuliformi, laevigato, glabro stipitetjue e farcto fistuloso, rigido, glabrD cinereis; lamellis decurrentibus,subdistantibus, candidis.

Locis humidis in pinetis. Legi prope Upsaliam in Alsike et Sunnersta skog. In Britannia: BERKLEY.

*Descr.* Ab *Ag. Epichysio,* pro cujus varietate proposuerunt ALBERTINI et SCHWEINIZ, omnibusque hujus gregis speciebus dignDScitur lamellis candidis. *Ag. Epichysio* insuper major, firmior, haud aquosus. Stipes e farcto fistulosus, rigidus, U unc. et ultra longus, lineam crassus, ^qualis, l^vis, pUeri concolor dilutior. Pileus submembranaceus, infundibulifo^mis, ultra unciam latus, leevigatus nec floccosus, obscure cinereus, margine reflexo involuto. Lamella* decurrentes, leviter" distantes, distinctEE, arcuate, candid^.

Analogus cum *Ag. mauro,* sed statura et lamellis subflH stantinus r.lare distinctus.

Tab. 73. f. 4 delineatur *Ag. leucuphyllus.*

## CLI. AGARICUS PHILONOTIS LASCH.

*Lasch! in Linn. IIL n. 226. Fr. Epicr. p. 123. Monogr. I. p. 184. Quelet jur. p. 2Id*

*Biagn.* Omphalia pileo membranaceD, infundibuliformi, subfloccoso, cinereD-fuligineo, hygrophano, margine demum erecto; stipite subfistuloso, elongato, sursum attenuatD, concolori; lamellis longe decurrentibus, subdistantibus, linearibus, albido-fuligineis.

In paludibus sphagnosis, verno tempore, aliquot Suecise locis legi, at rarior species. LASCH in Germania legit, HASZLINSZKY in Hungaria.

*Descr.* Fragilis, totus fuligineo-cinereus. Stipes e farcto Hstulosus, 14 — 3 unc. longus, crassitie lineam vix attingens, glaber, basi floccosus. Pileus membranaceus, totus profunde infundibuliformis, margine demum erectD __1 un 1-t - eXstrius, hygrophanus, siccus floccuiosus. Lamellæ longe decurrentes, adscendentes, recto-porrectæ, subdistantes, angustæ, pileo pallidiores.

Proxime affinis *Ag. Epichysio,* qui ... niusculo, margine deflexo, lamellis p^o-decurrentibus. Vulg" quoque ad ligna mucida legitur nec nisi raro in paludosis (var. *icmadophila* P.). Hujus bonam icl>nem videre licet in *Pers. ic. pict t 13. f. 1. Ag. sphagnicola* Berkl. a nostro (Jiffert lamel sordide ochraceis.

Tab. 7G. f. i *A a arid Philonotidis* imaginem præbet.

## CLII. AGARICUS STRLEPILEUS FR.

*Fr. Vet. Akacl. Forh. 1861. p. 22. Monogr. II. p. 291.*

*Diagri.* Dmphalia pileD membranaceo, e cDnvexD expla-•'ftto, umbilicato, glabro, undique striato, livido-fusco, hygro-[>hano; stipite fistuloso, glabro, tenaci, fuscescente; lamellis *ubdecurrentibus, minus confertis, albidis.

Locis graminosis silvarum circa Upsaliam lectus.

*Descr.* Stipes fistulosus, firmulus, tenax, ad 2 uric, longus, iineam crassus, aequalis, saepe flexuosus, lrevis, glaber, fuscescens. Pileus membranaceus, e convexD planus, umbilicatus, numquam infundibuliformis, uncialis 1. parum ultra, totus :leganter striatus, glaber, livido-fuscus, sed ut hygrophanus siccus lsevis, albopallescens nee floccDSUs. Lamellae levit^r decurrentes, subconfertse, 1—1A lin. latae, albidae nee cinerascentes.

E characteribus datis referatur ad stirpem $Ag_m$ *Epichysii,* tiui vero haud admodurn affinis. Habitu pDtius accedit ad *Ag. Clitocybm curtipedem;* hujus vero stipes totus rasilis, pileus nee umbilicatus nee hygrophanus, lamellae dente modo decurrentes.

Tab. 73. f. 3 *A. stricepileum* sistit.

---

## CLIII. A&ARIDUS AFFRIDATUS FR.

*Fr. Syst. Myc. I. p. 169. Obs. Myc. 2. p. 213. Epicr. p. 123. Oooke Brit. /. p. 79.*
Ag. tigrinus *Alb. et Schw. Oonsp.*

*Diac/n.* Dmphalia pileo submembranaceo, planiusculo, dein infundibuliformi, exstriD, *albido, squamulis pilosis obscurioribus variegato;* stipite subfistulosD, glabro; lamellis decurrentibus, subdistantibus, medio latioribus, albido-cinereis.

Locis paludosis inter Sphagna et praecipue adustis multos locis copiose lectus verno et aestivali tempore in Suecia, 'jennania, Anglia.

Stipes fistulosus, unciam longus, lin. crassus, sursum leviter incrassatus, laevis, glaber, cinereus. Pileus carnoso-mernbranaceus, convexus, profunde umbilicatus demumque infundibulifonnis, \—1 unc. latus, albidus, squamulis pilosis cinereis undique variegatus, margins deflexo, haud striato. Lamellae longe decurrentes, subdistantes, medio latiores, griseae.

Quoad col or em et vestitum pilei *Lzntinv tigrino* similis quidem, sed ceterum nulla adest affinitas. Lamellis medio latioribus et statura inedius inter *Ag. Epichysios* et *umbelliferos,* sed ob lamellas leviter modo distantes hoc IOCD collocavi.

Tab. 75. f. I *Ag. affricaturn* adumbrat. Stipes in icone erronee albus.

---

## CLIV. AGAKICUS ONISCUS FR.

*•Syst. Afyc. I. p. 172. Epicr. p. 123. Monogr. I. p. 185. Weinm. Ross. p. 86.*

*Diagn.* Dmphalia pileo submembranaceD, e piano intundibuliformi, undulato, flaccido, obscure cinereo, hygrophano, margine striato; stipite subfistuloso, firmo, undulato, griseo; lamellis decurrentibus, subdistantibus, cinereis.

Locis muscosis turfosisque rarior', at Upsalise sat frequens in Slottsbacken, plateis arenosis horti botanici, autumno seriori. In Hungaria: KALCHBRENNER.

*Descr.* Species protea, sed bene distincta. Stipes efarcto fistulosus, firmulus, sat tenax, mine teres, curvatus, nunc inæqualis, subcompressus, undulatus, griseus. Pileus submeinbranaceus 1. carnosulus, flaccidus, exoletus fragilis, convexo-umbilicatus 1. infundibulifonnis, saepe irregularis, undulatD-flexuosus, irnmo lobatus, vix uncialis, glaber, obscure cinereus, siccitate expallens, laevis, cano-griseus. Lamellse decurrentes, subdistantes, cinereae, siccitate obscuriores.

A praecedentibus admodum diversus, *Ag. pyxidato* proxirnus, sed color diversissiinus. Dolore et pileD irregulari prDxime accedit. ad *Ag. Pleurotum tremulum. Ag. cvespitosus* BOLT, sistit formam majorem expallentem, locis humidis obviam et valde recedentein, quare novam iconein forma? typicae dedimus.

*Agaricus rusticus* Epicr. p. 124 — *Ag. ericetorum* Pers. Dbs. I. t. 4. f. 12 (optima), sed ab *Ag. ericetorum* Pers. Syn. diversus, multo minor et tenuior est, pileo striato, sicco sericello e. s. p

Tab. 72. f. 3 ad *Ag. oniscum* pisrtinet.

## DLV. AGARIDUS SCYPHIFORMIS Fu.

*Fr. Obz. 2. p. 221. Epicr. p. 124. Monogr. I. p. 185. Quślet Jitr. p. -219.*

*Diagn.* Dmphalia alba, pileo membranaceo, e convexo infundibuliformi, glabro, margine striatulo, sicco lsevi; stipite subfistulosD, tenui, glabro; lamellis decurrentibus, tenuibus, haud confertis.

Ad terrain nudam brevipes, inter muscos longipes. Lectus in Suecia, Grermania, Hungaria, Gallia etc.

*Descr.* Stipes mox fistulosus, tenax, nunc uncialis, nunc inter inuscos ad 3 unc. elongatus, lin. vix crassus, sequalis vel apicem versus leviter incrassatus. Pileus ut supra, h unc. latus, passim obliquus. Lamella? normaliter tenues, sed occurrit sirnul varietas 1. pDtius monstrositas, lamellis crassioribus dichDtomis, quae pro *Cantharello (libido* a pluribus est sumta.

Ut *Ag. scyphoides* inter Hydrogrammos, hie inter Epichysios abnonnis est et statura longe alia, pileo stipiteque glabris, lamellis minus confertis valde distinctus. Major similitudo adest cum *Ag. Collybia muscigeno,* qui vero dig"[11] scitur stipite capillari, flaccido, pileo globosD-hemisphfe[1]i,... numquam umbilicato, margine l^evi, lamellis numquani decurrentibus.

Tab. 75. f. 3 *Ag. scyijhiformem* ants oculos ponit.

---

*** *Umbriliferi:* lamellis latis, valde distantibus. Vulgo pumili.

## CLVL A&ARICUS RETOSTUS FR.

*Fr. Epicr. p. 125. Monogr. I. p. 187.*

*Diagn.* Dmphalia pileo carnosulo, plano-depresso, laevi, umbrino, margine convexo, integro; stipite fistuloso, brevi lamellisque leviter decurrentibus, latis, segmentoideis, distantibus, pileo pallidioribus.

In silvis frondosis supra folia coacervata, priino circa Petropolin aWeimnanno lectus, niiperius a me Holmitc, UpsaliaB.

*Descr.* Pumilus, firmulus, totus umbrinus. Stipes e farcto fistulosus, tenax, vix uncialis, lineain et ultra crassus, aitjualis, laevis, pileo pallidior. Pileus tenuis sed carnosior quam affinium, statura *Ag. umbetliferi,* i unc et ultra latus, udus laevis, siccus politus, glaber, quo ab *Ag. umbellifero* dignoscitur. Daro concolor. Lamellae leviter decurrentes, medio latiores, utrinque attenuate, SBgmentum circuli referent ea, distantes, pileo pallidiores.

Dolore ad *Ag. oniscum* accedit, sed *Ag. nmbdlifero* magi* affims Wllls admodum distantibus; nDn tamen «int portice latiores, triangularBS in *Ag. retosto.*

